
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV · ANG ·
VE
RI
TS

Job Catarensis.

EXEGESIS PSALMORUM,

IMPRIMIS MESSIANICORUM,

APUD

SYROS NESTORIANOS

E CODICE USQUE ADHUC INEDITO ILLUSTRATA

AUCTORE

BERNHARDO VANDENHOFF

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORE

PRIVATIM DOCENTE IN ACADEMIA MONASTERIENSI.

RHEINE.

TYPIS ET SUMPTIBUS J. ALTMEPPEN.

1899.

Imprimatur

Monasterii, die 7. Octobris 1899.

de Noël,
Vic. Eppi Genlis.

Cum mensibus septembri et octobri anni 1896 Romae essem comparavi a P. Samuele Giamil[1] fasciculum continentem copiam commentarii psalmorum Syriaci quae facta erat e manuscripto quod in monasterio s. Mariae villae Al-Kôsch prope Mausilum sitae asservatur. Cuius fasciculi partem cum publici iuris facere in animo habeam, liceat mihi pauca et de forma eius exteriore et de indole eorum quae in eo continentur scriptorum praemittere.

Fasciculus constat e nonaginta quatuor foliis chartae vilis Europaeae (Conceptpapier), quibus circumdedi folium chartae caeruleae robustae. Anguli illorum foliorum usu plicati et aliquantum attriti sunt, scripturae paucae tantum literae deletae sunt. Connexa sunt singula folia filis ut videtur gossypinis albi, rubri et nigri coloris. Disposita sunt ad septem partes. Quatuor primae continent quinquaginta octo i. e. ter quaterna dena et sedecim folia $19\frac{1}{2} \times 14\frac{1}{2}$ centimetrorum sive centum et sedecim paginas, in quibus inveniuntur viginti tres ad duodetriginta lineae usque ad marginem scriptae. Quinta pars habet folia sedecim 22×16 centimetrorum sive paginas triginta duas, in quibus undetriginta ad triginta quinque lineae conscriptae sunt, sexta pars habet duodeviginti folia $24 \times 17\frac{1}{2}$ centimetrorum sive triginta sex paginas, in quibus existunt triginta quinque ad quadraginta lineae omnes usque ad marginem scriptae. Ultimae partis duo sunt folia $24 \times 17\frac{1}{2}$ centimetrorum sive quatuor paginae quarum prima habet triginta sex lineas usque ad marginem scriptas, sicut per totum fasciculum invenitur, secunda (p. 186) viginti lineas non omnes usque ad marginem scriptas, ita ut media pars inferior huius paginae vacua remaneat. Item duae ultimae paginae vacuae sunt. Quod si dixi lineas usque ad marginem scriptas esse, scito tamen, in angustissimo quod in latere paginae remanebat spatio unius vel duorum centimetrorum linea recta notas quasdam varii argumenti passim scriptas

---

[1]) Abbas et procurator generalis patriarchae Babyloniae Chaldaeorum Romae residens, cfr. M. Lidzbarski. Die neuaramäischen Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Berlin, Weimar 1896 Bd. 1 p. XVIII. et Sachau, Aramäische Inschriften in Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin, 1896 p. 1060.

esse. In aliquot foliis in angulo dextro superiore impressa est (sine colore vel atramento) figura formae fere quadratae, quae exhibet verbum Bath et coronam superpositam In ultimi folii angulo inferiore dextro impressa est figura aliquot verbis Arabicis sive Persicis sive Turcis impleta, qaue cum pars figurae usu abrepta sit legere nequeo. Eiusdem figurae pras fere dimidia impressa est in paginis 169—180 in angulo inferiore externo Cuius verba item legere non possum. — Numeros singulis paginis suprascripsi, item in multis paginis numeros quintae cuique lineae addidi. Numeros autem psalmorum, initia partium introductionis et verba quaedam memoria digna linea caerulea superducta significavi. Haec de forma exteriore apographi mei.

Quod quo tempore et loco scriptum sit, apparet e nota scribae in fine addita (vide text. Syr. p. 64.): („Explicit cum auxilio Domini nostri scriptio libri huius elucidationis psalmorum beati David cum canticis beatorum Mosis et Isaiae. Et Domino sit gloria continua [perpetua]. Amen.) (Inceptus est igitur [anno] 1884 et ad finem deductus est hic liber elucidationis psalmorum David mense benedicto Nisan [=Aprili] [die] septimo die Martis secundo post Pascha anni 1891 nativitatis Domini nostri Christi et gloria sit ei qui facit, ut transeant tempora et momenta neque [vero] ipse transit in saecula saeculorum. Amen.) Scriptus est diebus patrum clarissimorum Domini Leonis pontificis Romani et Eliae Catholici Patriarchae Babyloniae i. e. orientis. Permaneant et vincant omnibus victoriis ad gloriam Ecclesiae sanctae. Amen.) — Scriptus est autem in monasterio benedicto Dominae meae Mariae, cuius sedes ordinata est ad Reš'aina quod dicitur Buklaeorum prope Alkun i. e. Alkuš villam Nahum prophetae et sororis eius Sarae Oratio eorum [prosit] iis qui credunt in Christum et misero et peccatori et servo indigno Isaiae filio beati Petri filii beati Abel qui ortus est e domo [familia] Mir Khezêm et Mir Šaraf e villa Arni[1]) quae est in regione Margae, quam nunc vocant Zêbar.[2]) Genus autem

[1]) G Hoffmann. Auszüge aus den Akten syrischer Martyrer. Leipzig 1880 in Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes, Bd. VII 3. p. 204 habet inter urbes episcopales a patriarcha Chaldaeorum Simeone anno 1653 enumeratas: 19. Arne-Arna in Urmi. Quod si rectum est non potest esse villa Arni eadem, quia in dioecesi Margensi sita esse dicitur.

[2]) Rectius Zebari sive Zibari, nomen gentis Kurdicae, deinde nomen regionis quam inhabitant, cuius saltem pars videtur esse antiquae dioecesis Margensis; cfr. Hoffmann l. c. p. 224

eorum est e regione Gelo. Quae scripsit et delineavit, sint pro eo et pro parentibus eius deprecatio iudicii terribilis Amen."

Scriptura est Nestoriana clara punctis vocalium signis et passim etiam rukkakha et kuššaja appositis. Menda ex vulgari dialecto orta non inveni. Solet autem semper scribere tābu pro tabhu et similia. Verba textus psalmorum aliaque verba facile supplenda velut šubḥā et měšīḥā saepe abbreviata sunt ea ratione, ut paucae tantum literae scriptae sint, ultimae autem literae superpositum sit signum ⊥ sive < et post eam duo puncta posita sint.

Priusquam de commentario psalmorum qui longe maiorem partem fasciculi mei obtinet, dicam, enumerabo ea scripta, quae introductionis loco praemittuntur Sunt haec:

1. Pag. 1 – 4 l. 21. Introductio ab Aḥob Katarensi[1]) compilatore totius

---

[1]) De cuius operibus legitur in Catalogo librorum Syriacorum Abdišo'(sive Ebedjesu) (Assemanii B. O. Bibliotheca Orientalis III. 1, 175) „Job Catarensis elaboravit elucidationem totius novi Testamenti necnon legis (id est Pentateuchi) et omnium prophetarum praeter elucidationem Judicum." Pro „Judicum" accuratius dicendum est: eius partis Bibliorum, quae a Syris, „Beth Mautbe" nuncupatur et hos libros complectitur: Librum Judicum, duos libros Regum, duos libros Chronicorum, duos Samuelis, Job, Judith, et alios libros apocryphos (Badger the Nestorians and their rituals, London 1852 vol. II. p. 87). Sub voce „prophetarum" mihi quidem etiam hic noster commentarius in psalmos comprehendi videtur, quoniam psalmos ut prophetias David plerumque explicavit In nota addit Assemanius: Job Catarensis, Ecchell[ensis] [in Tractatus complectens Hebedjesu catalogum librorum Syrorum, Romae 1656] Ahub, litera Jod in Hed permutata. Sub eodem Mari patriarcha vixit circa annum 990." Quem annum quo teste Assemanius (non Ecchellensis) tradiderit, nescio. Neque vero in hoc commentario, qui unus ex eius libris usque ad hoc tempus superesse videtur, invenitur, quo auctorem multo posteriore tempore vixisse concludendum sit. Georgius enim Arbelensis (de quo vide notam sequentem!) vixit saeculo decimo et mortuus est post annum 987 (Syr. Lit. W Wright, A short history of Syriac Literature, London 1894 p 230). Neque commentatorum sacrae scripturae, quos in parte octava enumeravit (de quibus infra p 44 et 45 notae 232—260) quisquam tempore posteriore vixisse videtur. Aḥobi autem cognomine Catarensis (Ḳatrajja) significari videtur eum ortum esse e regione septentrionali Arabiae orientalis vel proprie e peninsula Bahrein (cfr. Nöldeke, die von Guidi herausgegebene syrische Chronik, Wien 1883 [e Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien, Philosophisch-hist. Classe, Band 128] p. 25 n. 2 et p. 47 n. 2). In notis enim quae ad commentarium addidit, verba Syriaca non solum Arabicis explicavit, sed semel etiam ad ps. 45 (vide textum pag. 37

peris, ut videtur, conscripta, quae tamen nihil est, nisi tractatus quem subo Nr. 5 indicavi, paucis additamentis amplificatus.

2. p. 4 l. 21—16 l. 4. Interpretatio brevis psalmorum in totam dispensationis divinae historiam adaptatorum. Qua in parte cum in p. 6 l. 1 manuscripti mei (textus p. 11 l. 11 sq.) verba: „Sicut supra diximus" sententiae prius non commemoratae apposita invenissem, totam hanc partem ex opere alio liturgico desumptam esse conieci. Ac cum in Assemanii Bibliotheca orientali III 1 p. 526 reperissem caput III l. II operis Georgii Arbelensis[1]) de officio divino, quod habetur in codice Vaticano Syriaco, cui nunc est numerus 148 fol. 32—37[2]) iisdem fere verbis atque hanc fasciculi mei partem inchoare, P. S. Giamil mihi insuper a viro doctissimo J. Guidi pro eiusmodi laboribus commendatum rogavi, ut illud capitulum mihi e codice illo Vaticano describeret, cum ipse Romam proficisci non possem. Quod cum descriptum accepissem, cum illa manuscripti mei parte ad verbum congruere inveni, nisi quod in codice Vaticano interpretationem psalmorum 110 et 111 et psalmorum (118 H.) 119 usque ad 147 (in Hebraico 147,12) i. e. unum fere folium illius codicis deesse vidi. Quam rem ita esse P.Giamil denuo collatione facta literis me confirmavit. Illud autem unum folium utrum, ut videtur, omnino desit an alio loco illius codicis inveniatur, ignoro.

3. p. 16 l. 4 - p. 20 l. 8. Enaratio personarum in quas David propheta illos psalmos dixerit. Quae sic incipit (Textus Syr. p. 63 l. 15 sqq.): „Porro in virtute Domini nostri scribimus libellum, quo brevibus verbis ostenditur, ex quot quibusque personis beatus David composuerit illos psalmos et numerus singularum ex istis personis."

4. p. 20 l. 8—20. Cur ps. 118 (119 in Hebraico) literarum ordine dispositus sit. Deinde lacunam in codice originali esse confirmatur.

---

n. 7 in p. 38) verba Syriaca vocibus in dialecto Katarensium usitatis explicavit Ex quibus notis insuper apparet auctorem sive compilatorem ultimum eo tempore vixisse, quo Nestoriani iam saepe lingua Arabica utebantur i. e. saeculo decimo quo inter alios vixit Bar Bahlul, qui scripsit lexicon Syriaco-Arabicum. Syr. Lit. 228.

[1]) Vide notam praecedentem!

[2]) Quem codicem in notis ad textum et versionem litera V significavi, fasciculum autem meum litera G.

5. p. 20 l. 20 - p. 22 l. 3. Introductio in psalmos a Nathanael episcopo Širazorensi[1]) conscripta seu tractatus de praestantia libri psalmorum.[2])

---

[1]) Manuscriptum habet Natniel. De quo tradidit Išo'denah (Jésusdenah) in libro quem edidit J. B. Chabot, Le livre de la chasteté, Romae 1896 in Mélanges d'archéologie et d'histoire pubiées par l'Ecole française de Rome, t. XVI. sub n° 66 et 66ª, quae ad eandem personam referenda esse videntur): „Sanctus dominus Natanael abbas monasterii Beth Koka cuius genus e regione Margae erat. Villa autem eius . . . . interpres et martyr et episcopus Sirazorensis et fecit commentarium David [i. e. libri psalmorum] et librum adversus Magos. E regione Sirazôr erat et postquam adiit scholam Nisibenam imbutus est doctrina, et fecit tractatum adversus Magos et explicationem psalmorum et creatus est episcopus [urbis] Šehrazor et cruciavit eum Chosroës rex omnis generis cruciatibus et denique eum cruci affixit et deposuerunt eum fideles in ecclesia eius cathedrali." Occisus est autem postquam per sex annos a Chosroë sc. secundo cui cognomen erat Parwêz detentus est in carcere (Guidi, un nuovo testo siriaco sulla storia degli ultimi Sassanidi, Leide 1891 [tiré des Actes du 8e Congrès international des Orientalistes tenu à Stockholm et à Christiania] p. 15. Nöldeke l. c. p. 17.) In vincula autem coniectus est post annum 605 quo habita est synodus sub Gregorio patriarcha cui aderat, sicut etiam synodo priori sub Išo'jabh patriarcha anno 577 habitae (vide Guidi, in Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft t. 43 p. 405 et 406). Crucifixus est autem fortasse una cum Išo'sabran illo celeberrimo, cuius vitam scripsit Išo'jab III patriarcha Adiabenus (quam edidit J. B. Chabot, Histoire de Jésussabran" in Nouvelles archives des missions scientifiques t. VII Paris 1897 p. 485—584). Neque enim solum uterque duodecim socios passionis habuisse traditur (vide Chabot, le livre de la chasteté Nr. 60 et textum Syriacum G p. 13 l. 4 sq) sed etiam memoria eorum eodem die a Nestorianis celebrata esse videtur. Agebatur enim sexto die Veneris post festum inventionis sanctae crucis „memoria Išo'sabran, Natanaël, Barḥĕnana martyrum", ut habetur in vetere lectionario Nestorianorum (W. Wright, Catalog of Syriac manuscripts of the British Museum, London 1871—73 p. 186 b. Nr. 1356 cfr. ib. p. 183 a). Neque vero illi socii martyrii omnes episcopi erant, ut traditur in meo fasciculo (textus Syr. l. cit.). Saltem Išo'sabran, qui insuper theologicae disciplinae haud valde peritus erat (Chabot, la vie de Jésussabran p. 498 et 571 l. 2 ab infra et 572), episcopum fuisse Išo'jab memoriae non tradidit Denique cum Išo'denah (Jésusdenah) l. l. n. 60 Išo'sabranum anno 30 Chosrois regis i. e. 619 sive 620 (cfr. Nöldeke, Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes t. XI. 1897 p. 185) occissum esse tradiderit, Natanael episcopus Sirazorensis, si quidem recte conieci, eodem anno mortem subiit. (Etiam alius Natanael Nestorianus commentarium in psalmos scripsisse traditur, abbas nempe undecimus Bethabensis, qui vixit fine saeculi septimi. E. A. W. Budge, the book of governors, the historia monastica of Thomas bishop of Marga, London 1893 vol. I p. IV sq vol. II p. 96,216 B. O 1,224).

[2]) Qui tractatus aliquot locis sensu congruit cum illo ceberrimo initio commentarii s. Basilii in psalmos (Migne, ser. Gr. XXIX 209 sqq.)

6. p. 22 l. 3—11. Ps 151 Davidis (epigraphus) quem cecinit cum vicisset Goliath.[1])

7. p. 22 l. 11—p. 23 l. 5. Vituperatio eorum qui non reverenter accesserunt ad interpretationem psalmorum, imprimis Origenis.

8. p. 23 l. 5—17. Nomina praestantissimorum interpretum s. Scripturae. Singula de singulis postea in notis addam.

Has partes sequitur inde a p. 23 l. 17 usque ad p. 181 l. 24 commentarius in 150 psalmos David „a magistro nostro Denḥa doctore" sive aliorum sententia „a magistro nostro Gregorio eremita perfecto" conscriptus. Finem autem fasciculi occupat commentarius in tria cantica, scilicet in Mosis primum: Ex. 15; in canticum Jsaiae prophetae: Js. 42,10—13; 45,8; in Mosis secundum: Deut. 32.

Pag. enim 181 l. 24 post verba: (Textus Syr. p. 63 l. 19 sqq.) „Explicit scriptio elucidationis libri psalmorum beati David regis et prophetae et Deo sit gloria sempiterna. Amen." Sic pergit scriba: „Porro scribimus elucidationem cantici primi beati Mosis et filiorum Israel."

Ac textus quidem psalmorum et canticorum ubi integer exhibetur, textus in bibliis Nestorianorum usitatus esse videtur. Ceterum ut supra dixi, saepe verba textus abbreviata sunt, quippe cum scriptus sit liber ad usum hominis psalmorum et canticorum minime ignari. Quae cum ita sint, paulum confert ad textum sacrae scripturae cognoscendum.[2]) Praeterea eadem ratione

---

[1]) Cuius psalmi textus Syriacus impressus est in Bibliis Polyglottis Parisiensibus (Michaelis le Yay tom VIII (1653) p. 191 et in Bibliis Polyglottis Londinensibus (Waltonis) t. III (1656) p. 316. Insuper habetur in Monumentis sacris et profanis t. VII Codex Syrohexaplaris Ambrosianus photolithographice editus curante A. M. Ceriani, Mediolani 1874 fol. 38 v.

[2]) Ut saltem aliquatenus cognoscerem, qualis esset textus fasciculi mei, eos locos examinavi quos Baethgen, vir doctissimus, in Untersuchungen über die Psalmen nach der Peschita, Kiel (Habilitationsschrift) 1878 p. 20 sqq. et in Der textkritische Wort der alten Uebersetzungen zu den Psalmen (in Jahrbücher für protestantische Theologie. 8. Jahrgang, Leipzig 1882) p. 423 varie traditos esse demonstravit. Quo facto fasciculum meum omnibus fere locis lectionem quam Baethgen ut meliorem proposuerat, exhibere inveni, exceptis sequentibus locis, quibus cum textu Lee, Vetus testamentum Syriace (Keṯâba dedija eḵa 'attīḳâ) Londinii 1824 (alia exemplaria 1823) convenit: ps 5,12; 17,67.; 18,16; 19,5; 22,5.10; 33,3; 57,8; 65,10; 68,20; 71,15; 73,13; 74,11; 81,4; 98,9; 108,2; 117,17 (non 16) 19; 143, 12 et (sc. in altero tractatu, ubi habet numeros textus Hebraici) 10,14; 35,15; 44,3.20; 63,9; 66,13;

qua in Nestorianorum officiis divisum est psalterium in viginti „hullale"[1]) (velut apud Graecos in cathismata), quibus accedit unum „hullala" canticorum, in quinquaginta septem „marmejaṭa"[2]), quibus adduntur tria „marmejaṭa" canticorum et in undetriginta „ṣĕhāhe" capitula. Quae singulae partes quo loco incipiant in margine paginarum indicatum est exceptis paucis psalmis.[3]) Item ad plerosque psalmos in margine notatus est numerus versuum.

Talis est textus psalterii et canticorum. Nunc si indolem commentarii accuratius perspicere volumus, necesse est auctorem eius indagari et si complures esse invenerimus, quantum cuiusque opus sit, discernere.

Atque Aḥob (sive Aḥub) Ḳaṭarensem quidem, qui totum opus compilasse videtur, practer primam partem introductionis nomine eius insignitam nihil nisi notas quasdam nomine eius significatas composuisse iudico.[4]) Excipe verba quaedam Arabica in textu commentarii, quibus verba Syriaca explicantur. Quae ab Aḥob fortasse inserta esse facile concesserim.[5])

Si vero commentarius ipse conscriptus esse dicitur „a magistro nostro

---

74,3; 75, 10; 94,19 Sequentibus autem locis res dubia est, quia verba abbreviata sunt: 4,5; 7,10; 31,19; 33,8; 42,8; 67,7; 71,19; 106,42; 109,16; 131,17; 65,10 (ubi in commentario textus Lee explicatur); 75,4; 112,10 deest verbum: „wenetdallaḥ" et 52,5 legitur sicut in Lee sed „allaha" ante „ne'rakh; 76,6 „eškaḥ" (cfr. ps. 112,9 „tetrim" et 103,2 „kennar" 68,19 legitur „wanesabht" quod reiecit Baethgen, der texkrit. Werth etc. p. 447[2]).

[1]) Quod verbum vertit Assemanius B. O.-Bibliotheca Orientalis III 1 (Romae 1725) 526 et saepius: Laudatio. Quem terminum plerumque ursupavi.

[2]) Assemanius l. l.: Jaculatorium [cfr. „Preces iaculatoriae"[»Stossgebete?] Melius vertendum erat fundamentum, quia illa parva oratio recitationi illorum psalmorum praecedens (vide tractatum F. Dietrich in sequenti nota laudatum) quasi fundamentum erat illius partis liturgicae. („rĕmā" iecit fundamentum). Nihilominus consuetum Assemanii terminum nolui commutare.

[3]) Hullale et Marmejaṭa Nestorianorum enumerat F. Dietrich in „Commentatione de psalterii usu publico et divisione in ecclesia Syriaca" (Indices lectionum Academiae Marburgensis, Semestre aestivum 1862) p. 16. Praeterea indicantur in editione officii Chaldaeorum ecclesiastici ed. Bedjan, Lutetiae Parisiorum 1886—87 p. 216*—337* (pars communis.)

[4]) Quarum tamen aliquid ad antiquiorem fontem reducendum est. Vide notam quartam ad versionem ps. 110!

[5]) Praeterea Aḥob vel unus ex iis, quorum operibus usus est, aliquantum in linguis Hebraica et Graeca versatus erat. Variis enim locis indicatur, quid Hebraeus sive Graecus legat. Nonnunquam etiam notatum est, qua ratione Judaei locum quendam explicarent.

Denḥa doctore" sive aliorum opinione „a Gregorio eremita perfecto"[1]), iam vides scribam dubitasse, cui opus nostrum adscribendum esset, neque certam rei notitiam tradere potuisse. Neque profecto alteruter, etiamsi revera commentarium illum conscripsit, opus genuinum edidit, sed quod in antiquoribus fontibus invenerat in unum composuit, neque multum ex proprio ingenio addidit. Congruit enim magnam in partem ad verbum cum illo commentario Syriaco codicis Berolinensis Sachau 215[2]), quem e commentario Theodori Mopsuesteni emanasse demonstravit Baethgen, vir doctissimus, Z. f. a. t. W.[3]) 1885 p. 53—101 et ibidem 1886 p. 261—288 et 1887 p. 1—60. Fasciculus autem meus habet non plane eundem textum, quem codex Berolinensis, sed compluria habet additamenta, quae tamen non tanta sunt, ut quidquam in eo immutandum sit, quod Baethgen l. l. 1885 p. 60 sqq. de ariditate huius commentarii exposuit. Notandum est autem partem horum additamentorum ab illa forma genuina commentarii Theodori, qualis in ecclesia Nestoriana tradita est, certe alienam esse. Quod ex eo conicere licet, quod et integri psalmi et multi singuli versus ad Christum referuntur, quos neque Theodorus, sicut tum ex fragmentis Graecis[4]) quae de eius commentario residua sunt, tum ex antiqua versione Latina nuper inventa[5]) cernere licet, neque ecclesia Nestoriana eius doctrinae addictissima eo modo interpretati sunt. Atque hos quidem locos a genuino opere alienos ii, qui nostrum commentarium compilaverunt, eo distinxerunt, quod opus genuinum atramento, additamenta autem minio scripserunt. In initio enim manuscripti mei (vide textum Syriacum p. 19 l. 8 sqq.)

---

1) Quorum alter vixit circa annum 824 (Syr. Lit 218), cum esset discipulus Išo'bainon, atque etiam commentarium scripsisse fertur, alter quo tempore vixerit compertum non habeo.

2) In notis ad textum et ad versionem litera S denotatus.

3) Zeitschrift für alttestamentliche Wissenschaft ed. Stade.

4) Quae cum commentario Syriaco comparavit Baethgen l. l. 1885 imprimis p. 66—82.

5) Quam ediderat sub nomine sancti Columbani (aliorum opinione opus s. Hieronymi) vir doctissimus G. Ascoli sub titulo: „Il codice irlandese dell'Ambrosiana" in Archivio glottologico italiano t. V. Torino 1878. Versionem esse commentarii Theodori Mopsuesteni demonstravit vir sagacissimus G. Mercati in Atti della reale Academia delle scienze di Torino, vol. 31 (1895—96) p. 655—676 „D'un palimpsesto Ambrosiano continente i Salmi esapli ed una antica versione latina del commentario perduto di Teodoro di Mopsuestia al Salterio" sub Nr IV.

legimus commentarium esse ex duabus partibus compositum. Quarum alteram longiorem atramento, alteram breviorem minio scriptam esse. In meo autem manuscripto, quod totum atramento scriptum est, hos locos commentario genuino insertos seu commentarium illum breviorem eo discernere potui, quod uncis ( ) inclusi sunt.[1]) Atque hi quidem loci, quoniam in iis praesertim psalmis inveniuntur, qui ad Christum referuntur, hic breviter exponere iuvabit, quot psalmi singulique versus in manuscripto G eo modo explicati sint. Ita enim optime manifestabitur, quomodo commentarius noster ab opere manuscripti Berolinensis differat. In utroque igitur manuscripto hi psalmi ad Christum referuntur: secundus[a]), octavus[b]), quadragesimus quintus[c]) et centesimus decimus[d]). Non de Christo intelliguntur in utroque manuscripto v. 10 ps. XVI[e]) neque ullus versus psalmorum LXVIII[f]) et LXIX[g]) nisi quod G ad. v. 14 ps. LXIX habet: „*Deus .... plenitudine salutis tuae* (quae per crucem facta est) *salva me!*" Quin etiam ne versum quidem 22 psalmi CXVIII[h]) ad Christum spectare contendit auctor commentarii nostri, id quod vel in codice Berolinensi et in commentario Barhebraei factum esse videmus[2]). — Intelliguntur autem de Christo in G, commentario scilicet illo breviore inserto, psalmi vicesimus secundus[i]) et septuagesimus secundus[k]), item etiamsi sensu potius accommodato psalmi nonagesimus septimus[l]) et

---

[1]) Qui unci nonnunquam omissi, aliis locis velut Ps 2,12 (textus p. 25 n. 4) sine causa positi sunt. Praeterea tituli singulorum psalmorum atque initia singularum partium totius operis in fasciculo meo uncis inclusa, in originali minio scripta esse videntur.

a) T.=Textus p. 22 sqq.

b) T. q. 26 sqq.

c) T. p. 34 sqq.

d) T. p. 46 sqq.

e) T. p. 52 sq.

f) T. p. 55 sq.

g) T. p. 56 sqq.

h) T. p. 60 sq.

[2]) Baethgen l. c. 1885 p. 82.

i) T. p. 28 sqq.

k) T. p. 42 sqq. Hic psalmus in introductione Aḥob dicitur „mixtus de Domino nostro et de Salomone". Vide textum p. 10 l. 4 sqq.

l) T. p. 49 sqq.

vicesimus quartus[m],) deinde singuli versus sequentes ps. XVIII v. 12. 13. 15[n]); ps XXXVI v. 9[o]); XLI 1 b.[p]); LXXXVII 5. 6. 7[q]); XCIII 1 b; XCVI 10. 11[r]); XCVIII 2. 4[s]); CXX 4[t]); CXXXII 13. 15. 17. 18[u]). De ecclesia autem explicatur ps. CXLVII imprimis v. 12. 13 (Lee 1. 2.)[v]) De singulis hic disserere propter a supersedere possum, quia textum et versionem omnium psalmorum et singulorum versuum, quos supra commemoravi, suo loco addidi. A quo vero iste brevior commentarius longiori insertus sit, explorare non potui. Atque Aḥob quidem Ḳaṭarensis, compilator totius operis, illum iam invenisse videtur. Alias eum a se additum esse, in initio operis indicasset, sicut nonnullis locis, ut dixi, notas suo nomine insignitas adiecit. Neque in contextu nomen auctoris nuncupatum est. Išo'barnoni[1]) enim, qui semel in textu (G. p. 123 l. 7 ad ps. 81,5[2]) laudatur et Jšo'jabho, cuius nomen semel notae (ad ps. 87 G. p. 127) praefixum est, non video, cur istum commentarium breviorem aliis plane locis insertum adiudicem. Patrum autem orthodoxorum, qui in octava parte introductionis indicati sunt, (v. T. p. 18 l. 5 sqq.) „e quorum sensu hic liber confirmatus est," opera plurima perierunt. Neque si superessent omnia, facile esset, certum auctorem commentarii nostri brevioris statuere, quia sententiae eius nimis abbreviatae sunt, quam ut de auctore certi quidquam conicere possimus. Ad Theodorum sane Mopsuestenum et eos qui vestigia eius terebant, certo reducendus non est, quia propius ad doctrinam catholicam accedit, quam in opere Nestoriano expectare debeamus. Eorum nempe parti auctor adhaesisse videtur, qui inde a saeculi sexti fine Ḥannanae Adiabeni celeberrimi scholae Nisibenae magistri exemplum secuti in

---

m) T. p. 54 sq
n) T. p. 53 sq.
o) T. p. 55.
p) T. ib.
q) T. p. 58.
r) T. p. 60.
s) T. p. 63.
t) T. p. 6 .
u) T. ib.
v) T. p. 63.

[1]) De quo vide T. p. 18 l. 15 et notam ad versionem.

[2]) Videtur esse ille patriarcha secundus huius nominis (628—644) qui scripsit commentarium in psalmos Syr. Lit, 169 sq.

explicanda sacra scriptura non Theodori, eiusque discipulorum operibus, sed aliorum etiam uterentur[1].) Contra quos duae synodi altera anno 588 p. Chr. n. sub Išo'jabh Arzonita patriarcha, altera anno 605 sub eius successore Sabhrišo' sub poena excommunicationis statuerunt, ut in explicandis sacris scripturis Theodorum Mopsuestenum sequerentur, aliorum autem doctrina sese abstinerent[2].) Jussit enim synodus prima sequi Theodorum et vetuit „illam aliam explicationem" accipere „a veritate alienam, quae data est a viro nugarum et elegantiae verborum amanti, [uno ex iis qui sunt] velut meretrices contemptibilis ornatus amantes."[3]) Idem aliis verbis repetiit altera synodus. De psalmorum autem interpretatione speciale quidquam statutum non est. Sed cum certi auctores, quibus adhaerere vetarentur, nuncupati non essent, illi canones postea apud multos in oblivionem venisse videntur. Ḥannana enim ille Adiabenus in octava parte introductionis etiam inter orthodoxos patres numerari videtur[4].) Inter quos sane etiam Origenes nuncupatur[5]), quamquam nonnullae ex eius sententiis paulo ante reprobatae sunt[6].) Neque vero mirari debemus Johannem Chrysostomum inter orthodoxos haberi[7]). Errat enim W. Wright, vir doctissimus, cum Syr. lit. p. 125 Assemanium secutus[8]), contendat, illa synodo sub Išo'jabh habita vetitum esse doctrinae s. Johannis Chrysostomi adhaerere. Immo potius in secundo canone Išo'yabhi dictum est: „Atque adeo beatus Johannes Chrysostomus, cum iniuria in exsilium ductus esset et iam in eo esset, ut praecingereret se, ut migraret ad Dominum nostrum qui certamina eius coronaret, commemorat eum commentatorem (sc. Theodorum) doctorem veritatis et scripsit ad eum epistolam tempore angustiae et: „Meminimus," inquit, „tui ardentissimi et diligentissimi et haud vituperandi amoris

---

1) Syr. Lit. p. 124 sqq.

2) Utriusque synodi canones, ne editionem a J. B. Chabot, viro doctissimo praeparatam (vide Journal Asiatique IX ser. t. IX p. 152) exspectare cogerer, e codice Borgiano (K—VI—4) per Samuelem Giamil describendos curavi. Ceterum cfr. B. O. III 1,82 nota 2 et 108 nota 1.

3) Canon secundus, manuscr. Borgianum p. 389.

4) T. p. 19 l. 1.

5) T. p. 18 l. 20.

6) T. p. 16 l. 13 sqq.

7) T. p. 18 l. 10 sq.

8) Cfr. Hoffmann, Auszüge p. 116.

et gaudemus de te, quia tu es thesaurus ecclesiae, qui collocatus est in provincia Ciliciae."[1]) Auctoritate igitur celeberrimi patriarchae Constantinopolitani fulta synodus doctrinam Theodori Mopsuesteni commendat. Ceterum neque in operibus sancti Joannis Chrysostomi, imprimis in homiliis eius super psalmos, quot nobis traditae sunt, neque in operibus sancti Ephraemi, quem item in numero orthodoxorum patrum habet compilator[2]), quidquam invenire potui, quod in illum breviorem commentarium manasse affirmare possem. Denique neque auctorem commentarii brevioris neque fontem, unde hauserit, indagari potui. Commentarium vero longiorem, formam scilicet illam genuinam commentarii in ecclesia Nestoriana traditam, iam circa annum 824[3]) aut saltem ante aetatem Aḥobi Ḳaṭarensis, saeculum decimum, exstitisse nunc affirmare licet, cum Baethgen eam non nisi Barhebraei tempore i. e saeculo decimo tertio exstitisse demonstrare posset (Baethgen l. c. 1885 p. 101).

Priusquam autem pauca de ratione, qua partem huius operis publici iuris facere et e lingua Syriaca vertere statui, addam, omittere non possum, praeter originalem codicem in monasterio s. Mariae asservatum, a quo manuscriptum meum descriptum est, existere videri alium codicem operis nostri. H. Goussen enim, vir litterarum Syriacarum peritissimus, litteris acceptis, quas mecum communicavit, certior factus est, in bibliotheca patriarchae Nestorianorum, qui residet in villa Octčanes in finibus regni Persarum, esse codicem huius argumenti: „($12^1/_2 \times 8^1/_2$ ctm. (?) paginae 440) Liber elucidationis psalmorum David 1. pars: Introductiones psalmorum. 2. Divisiones eorum in Hullale et Marmejāṭā. 3. Argumentum uniuscuiusque psalmi in ordine suo. 4. Collectio psalmorum. 5. Collectio et quantitas eorum. 6. Inscriptio eorum et argumenta eorum. 7. Introductio Natanael episcopi Širazorensis. 8. Psalmus qui iam non est in [psalterio] David. 9. De elucidatoribus [commentatoribus] quorum elucidationes non sunt acceptae. 10. Omnes elucidatores recepti. 11. Initium elucidationis psalmorum. 12. Elucidatio in brevitate [brevior], quae atramento rubro [scripta est]. 13. Elucidatio longa atramento nigro [scripta]. 14. Etiam secundum argumentum com-

---

[1]) Mscr. Borgianum p. 388. Cfr. Migne, ser. Gr. t. 52 col. 668 sq. et ib. t. 56 col. 517 ubi lectio ἐν Κιλικίᾳ etiam nostro textu commendari videtur, etiamsi textus Syriacus aliquantum abbreviatus est neque ad verbum congruit cum textu Graeco.

[2]) T. p. 18 l. 10.

[3]) Vide p. 10 n. 1).

mentatoris [sc. Theodori] atque etiam prophetice explicati sunt, alium typum significantes. 15. Tota elucidatio explicit. 16. Porro elucidatio canticorum Mosis et Jsaiae. 17. Hymnus Wardae" [et alia huc non pertinentia] (Cfr. T. p. 65).

Ex quo argumento mihi quidem elucere videtur, partes introductionis et ipsum commentarium cum opere fasciculi mei convenire neque breviorem commentarium rubro colore scriptum longiorem praecedere puto, sed sicut in codicis mei originali, suo loco insertum esse Hunc igitur codicem si cui cum originali manuscripti mei et codice Berolinensi S et commentario Barhebraei, qui ut vidit Baethgen in multis cum nostro commentario convenit[1]), comparare licebit, tunc commentarius noster, qua par est, diligentia edi poterit. Ad formam sane genuinam commentarii Theodori Mopsuesteni cognoscendam multo maioris momenti erit, praeter fragmenta Graeca residua versio illa antiqua Latina, quam supra commemoravi. Sed fortasse posteriore tempore eorum, qui literis Syriacis student, intererit iudicare, qua forma hic commentarius e Theodori opere concinnatus, quamvis aridum et tenue opus sit, apud Nestorianos traditus sit. Nunc quoniam ne copiam quidem illius codicis Octčanensis nancisci potui, satis mihi fecisse videor, si edam has partes introductionis sc. primam, secundae partis partem, quartam, quintam, sextam, septimam et psalmos primum, secundum, quadragesimum quintum, septuagesimum secundum, centesimum et partes aliorum psalmorum, quae ad Christum referuntur, cum commentario suo.

Ac psalmorum quidem textus verba abbreviata supplebo retento tamen signo abbreviationis ⊥ suo loco, ut usus scribendi fasciculi mei omnino appareat, commentarii autem eos locos, qui in codice Berolinensi desunt, linea subducta significabo. Sic in commentario illo has partes discernere poteris:

primum: textum psalmorum et commentarium, qui et in meo fasciculo et in codice Berolinensi habetur ad Theodori opus reducendum[2]);

secundum: verba uncis non inclusa quae quamquam in codice Berolinensi desunt, tamen ad Theodori commentarium fortasse reducenda sunt;

---

[1]) L. c. 1885 p. 99.

[2]) Exceptis scilicet illis additamentis commentatoris Syriaci de quibus egit Baethgen Z. f. a. t. W. 1885 p. 57—60, quae in T. linea serpentina subscripta significavi.

tertium: ea quae sunt commentarii illius brevioris, in codice meo uncis inclusa et commentario longiori inserta;

quartum: notas nomine Aḥob Ḳaṭarensis insignitas, quae plerumque in margine manuscripti mei vel in inferiore parte paginae additae sunt vel lineis a reliquo textu separatae sunt

Quorum tria ultima linea subducta significata sunt. Excipe autem commentarium primi psalmi, cuius et Berolinensis et mei manuscripti textus adeo diversus est, ut uterque edendus esse videatur[1]).

Omnibus autem qui me et consilio et opere adiuverunt in hoc libello conficiendo, imprimis etiam iis qui praesunt bibliothecis et pontificali Vaticanae (P. Ehrle) et Borgianae (Ciasca) et regiae Berolinensi et regiae nostrae Paulinae Monasteriensi debitas gratias refero.

---

[1]) Vide T. p. 19 sqq. In notis variorum manuscriptorum lectiones addidi. Moras autem verborum inversiones non indicavi. Neque significavi differentias mere orthographicas, velut si scriptum est in G „añtu" in S „añthu", in uno manuscripto „'amē'" in altero „'ammo, neque si pro statu constructo quem sequitur Genitivus G habet substantivum cum suffixo pronominali sequente substantivo cum d relativo. E B. H.=Barhebraei commentario (ed. P. de Lagarde, Praetermissorum libri duo, Gottingae 1879. Gregorii Abulfarag in librum Psalmorum adnotationes p. 97 sqq.) non nisi ad versionem varias lectiones adieci, quia alias totus fere textus repetendus erat. In versione ea verba quae ad sensum melius exprimendum addidi, uncis angulatis [ ] inclusi, alios uncos e textu Syriaco repetivi ( ). om.=omisit, add.=addidit, h. v.=hoc verbum.

E libro

ELUCIDATIONIS PSALMORUM

beati David regis et prophetae, quem fecit Mâr Aḥob Ḳaṭarensis.

VERSIO.

I.

Liber introductionum psalmorum beati David regis et prophetae et cordis Domini.[1]) — Domine noster adiuva me! Cum tibi, o mi domine lector studiose, primum annuntiem introductionem psalmorum (domini Aḥub Ḳaṭarensis), ante omnia oportet loqui de utilitate libri [psalmorum] et de multis emolumentis quae ex eo lucrantur ii qui contemplationem et examinationem sacrorum verborum eius sequuntur. Sed cum omnes libri sacri (ii) qui gratia Spiritus [sancti] dicti [i. e. inspirati] sunt et scripti sunt, utiles sint [hominibus] ratione praeditis ad possidendum [acquirendum] timorem Dei[2]), ut dicit beatus Paulus: *Omnis liber, qui in spiritu Dei scriptus est, utilitas* [i. e. utilis] libris, *est ad doctrinam* et cetera, hunc librum invenimus valde altiorem esse omnibus 2 Tim. 3,16.
et refertum [doctrinis] utilibus. Nam omnes libri singulas partes [doctrinae][3]) docent, hic autem perfecte [i. e. de universa doctrina] praedicat, quia loco quasi capitis est plane corpori librorum sacrorum. [Nam] sicut habent singula membra corporis proprios effectus pro indigentia totius [corporis], visum verbi gratia oculus, sive auditum auris aliaque similia, caput vero domus sedesque totius effectus [operationis] est, qui [quae] diversitate sensuum constituitur, sive sicut dicunt paradisum omni genere fructuum qui gustu delectabiles visuque optabiles[4]) sunt abundare, siquidem eas res p. 4.

[1]) Cfr. Lidzbarski l. c. Bd. II. p 167 n. 2 et p. 354[1]).
[2]) Sive: cum possessione timoris Dei i. e. accedente timore Dei.
[3]) Ad v.: ex parte et per singula.
[4]) Cfr. Gen. 2,9.

comparaveris, quae diversis locis aliqua ex parte inveniuntur, eiusmodi liber psalmorum est, si comparatur ad ceteros libros [sacros]. In quatuor enim genera doctrinae invenimus, verbum sacrorum librorum divisum esse prophetiam scilicet, narrationem, legislationem, [institutionem] sapientiae quae est timor Dei. Neque enim singuli libri continent unum ex his generibus solum et separatum a ceteris. Nam (ecce!) in libris prophetarum etiam narrationes [rerum] praeteritarum reperiuntur et in libris historiarum etiam prophetia [rerum] futurarum reperitur et adhortatio et rogatio et gratiarum actio, quae genera dispersa in libris omnibus inveniuntur. In hoc vero libro psalmorum omnes istae res collectae et compositae sunt et quasi [corpus] ex membris et partibus ex omnibus illis [generibus] conglutinatus est. Docet enim de creatore et instruit de moderatore et adversarium harum doctrinarum refellit, eos dico, qui mundum istum essentiam [sc. absolutam] esse contendunt cumque nullis moderatoris frenis in suo cursu [dirigi], et docet insuper de mercede [hominum] sollertium et de punitione [hominum] sceleratorum et [admonet], ut desinat homo a malis et accedat ad bona et [instruit] de amore erga Deum et de caritate erga homines et exstat in eo prophetia rerum futurarum una cum historiis rerum gestarum praeteritarum et occurrunt in eo insuper genera confessionis et gratiarum actionis et morum praecepta et multae instantesque (?) [doctrinae], de rebus quas a Deo rogemus et quomodo eas petamus. Denique cum libri divini imago speculumque sint scientiae divinae, hic tamen [imago] est accuratior omnibus et sicut imago et statua regis, quae propter pulchritudinem magnam colorum et naturae materiae, quibus ornata est, magis omnibus ceteris imaginibus et statuis videntibus similitudinem regis accuratam indicare potest, sic in eo [sc. libro psalmorum] exactae similitudines et pulchri praestantesque colores [sunt], ex quibus composita est scientiae divinae imago. Et est velut dux caeco et velut lux tenebris ad accedendum ad Deum, cum velut in imagine repraesentet [et] revelet nobis potentiam et gratiam una cum iustitia et longanimitate Dei et quasi paulatim adducat nos ad cognitionem et servitium eius et commoda ex cultu eius [provenientia] nobis promittat et quasi armis probatis nos induat verbis suis sacris et in omnibus certaminibus vincendi fiduciam nobis pariat. *Hi enim versus cum ab hominibus religiosis modo eis convenienti recitantur, propellunt daemones repugnantes et invitant ad eos sanctos angelos et quid dico angelos? cum etiam Christum redemptorem omnium ad auxilium eorum adducant et gratia Spiritus sancti digni*

sint) sicut revera in iis effectum est et hodie [adhuc] in multis efficitur. *Quis enim est, qui ignoret vitam hominum religiosorum, qui cum in terra sint, meditentur de coelo et cum corporei*[2]) *sint, angelis adaequentur*[1]*)*, illi quibus causa meditandi de rebus spiritualibus recitatio psalmorum sit? Nam cum iste liber doctrinis utilibus refertus sit, bene et convenienter etiam sancti patres nostri, cum diligentes inventores essent istarum rerum divinarum, constituerunt, ut hunc librum solum plus ceteris recitaremus et sine recitatione ver- p. 7.
borum eius [libri] nemo ad unum ex gradibus ecclesiasticis accedere potest neque inter discipulos et ministros ecclesiae numerari.

Oportet autem etiam illud dicere, qua de causa [psalmista] gratis sonis modorum musicorum prophetiam suam interpretatus sit. [Cuius rei causa haec est:] Quia magnifica et mirabilia erant [decreta] divinae dispensationis et variis temporibus peragenda erant aut apud populum primi temporis aut apud omnes homines in fine [temporis] et omnes istae gentes ad illos [sc. psalmos] animum adversurae erant, bene fecit [divina] bonitas, quod ad sonos modorum musicorum et varias canendi rationes verba eius in carminibus composuit, ut cum tam dulces sint auditui, haud facile taedio essent audientibus, ita ut multitudine dulcedinis suae facile allicerent ad doctrinae eius [sc. libri] amorem. Ut etiam nunc multi inveniuntur, qui in ore suo habeant turpes cantus, quos tamen, quamquam verba eorum foeda neque prudentibus accepta sunt, quia gratis sonis compositi sunt, non taedet homines recitare. Nam velut ex auditu dulcedine verborum eius [libri] somnolentiam Hebraeorum illo tempore excitabat. Verba autem cete- p 8.
rorum librorum quia carminum modo dicta sunt et propter verba quae cum istis [psalmorum carminibus] coniuncta sunt, unusquisque avide in memoriam infigit, sicut etiam facile omni loco recitantur. Ita [si] Sĕjama[3]) ante Sugiṯam[3]) sive 'Oniṯam[3]) facit unus ex magistris, materiam ex istis depromit et versibus ex istis [psalmorum verbis] assumptis componit 'Oniṯam suam. Quae [verba] ne perfectis quidem viris propter dulcedinem suam taedio sunt, sed quasi nunquam recitata essent, perpetuo eadem semper canimus.

---

[1]) i. e. digna sint media, quibus Spiritus sancti gratia conferatur. Cfr. p. 25.

[2]) ad v : carnales.

[3]) Variae species hymnorum.

(Et scito in David esse omnia bona [omnes praestantias]!) Humiliatus est David magis quam omnes prophetae et est in eo suplicatio et ieiunium et oratio et poenitentia et clamor et servitium et amor et religio [fides] et clementia et patientia et bonitas et benignitas et intelligentia et scientia et vita et sanatio et remissio culparum. Est in eo hortus 'Eden et medicina omnium dolorum [et] alligatio omnium plagarum. David autem erat cor Dei et executor voluntatis eius. Propterea patres [sancti] tradiderunt [mandatum], ut ad cultum [divinum] magis eo [sc. libro psalmorum eius] uteremur, quam omnibus libris prophetarum multis causis [commoti]. [Quarum] prima est, quia Christus ex semine eius erat, altera, quia vaticinatus est et de p
divinitate et de humanitate et de passione et de martyrio et de resurrectione et de ascensione [Christi]. Laus sit isti, qui subegit intelligentiam prudentium, ut cum purgati essemus a squalore passionum [perturbationum animi] observatione mandatorum eius, intraremus in sancta sanctorum mysteriorum eius et inde locupletaremur prudentia et benignitate et intelligentia, istis [virtutibus] quas oratione [consequimur], ut disceremus David prophetam misericordiam consecutum esse. Amen.

II.

(Porro scribo et incipio coram lectoribus ratione praeditis) [alium tractatum, qui est de his quaestionibus:] Qua de causa diebus festis et omnibus diebus David[1]) utimur ad cultum divinum in ecclesia magis quam omnibus [aliis] libris sacris? Et ad quid dividimus eum in laudationes[2]) et iaculatoria[3]) et quid significant laudationes[4]) singulae [una post aliam]? (Et cur partimur dimidiam partem laudationum eius in sessiones?[5])) Quod autem David magis in usu est ad cultum divinum in ecclesia, quam omnes libri, [ea de re] sic tradiderunt doctores pleni Spiritus [sancti]: Cum viderent [sancti] patres in psalmis eius [libri] non esse narrationem neque [illam formulam]: „Sic dicit

---

[1]) i. e. libro psalmorum.

[2]) Cfr. p. 9[1]).

[3]) Cfr. p. 9[2]).

[4]) V. add.: „eius."

[5]) Fortasse vertendum est: Et cur mediis laudationibus eius libri caedimus [interrumpimus] sessionem? Ad ps. enim 40 versum fere nonum in margine G. p. 71 scriptum est: (Aḥob: Pāsōḳā děkhullěhōn něbhijjē i. e. Aḥobi nota: Sectio [librorum] omnium propḥetarum.)

Dominus", sicut apud ceteros prophetas, sed omnes eius [sermones] quasi cantus [psalmos] eius esse, quorum alii prophetiae, alii poenitentiae confessiones de culpis eius sunt, alii autem manifesto revelationes sunt de Domino nostro, p. 1[illegible]
[eos] nimirum dico, velut secundum et velut octavum et velut quadragesimum quintum et ut septuagesimum secundum qui ambiguus) est tum de Domino nostro tum de Salomone et ut ille: „*Dixit Dominus Domino* Ps.11[illegible]
meo," (alii[2])) porro de captionibus et reditibus et bellis quae variis temporibus [acciderunt]; [et] cum si gaudio fruimur, in eo sint voces et verba laetitae et si in moerore sumus, in eo sint [verba] convenientia et porro omnibus diebus festis et commemorationibus sanctorum in iis [verbis][3]) sint voces convenientes, eum [librum] diviserunt, ut eo uteremur ad cultum divinum in ecclesia et ut eos (cantus) discerent omnes simul et ut eo uterentur inter solemnia cultus divini simili modo. Praeterea autem insuper[4]) quia David propheta et rex erat atque adeo panem sicut sacerdotes edit in domo Domini legitime, ut vir, qui omnibus istis honoribus dignus aestimatus est[5]), prophetia, sacerdotio, regno immo vero qui esset cor Dei, ut servaretur eius memoria in ecclesia, propterea quia[6]) Christus ex eo ortus est, [qui] redemit mundos et congregavit unam ecclesiam sanctam, servaretur memoria eius in ecclesia seminis sui, [tradiderunt] ut istis hymnis, quibus poenitentiam [i. e. veniam peccatorum] petierat, proclamaretur poenitentia eius coram omnibus peccatoribus et prophetia eius de semine suo[7]) in Christo manifestaretur et omnes laudes p. 1[illegible]
[omnis gloria] eius annuntiarentur. Haec autem sic [se habent.]

Et quia in laudationes et iaculatoria dispositus est [hic liber psalmorum], laudationes scilicet viginti et unam beati Moysis et iaculatoria sexaginta, [hae divisiones] hoc significant: [quia] ter septena viginti unum sunt, [ita] ut septenario numero trinitas praedicetur, valde pulchrum et conveniens est, aut ter praedicari septenarium numerum aut septies pronuntiari ternarium

1) ad verbum: „commixtus."

2) V. add: „etiam."

3) V. in eo [libro].

4) V. om. h. v.

5) Ad v.: Vir cui omnes isti honores committerentur prophetia, sacerdotium, regnum, immo vero cor Dei

6) Ad v.: eo quod.

7) V. de semine Christi.

numerum [trinitatem]. Cum sexaginta [autem] iaculatoriis pari et recto numero coniuncti [coaptati] sunt sex ordines [naturarum] ratione praeditarum ut supra commemoravimus[1]: Homo[2]) et ordo daemoniorum et tres ecclesiae spirituum [angelicorum] et Deus creator omnium, ut sic coniuncti sint sex numeri et [divisiones] partes natura ratione praedita. Illud autem, quod[3]) decem [iaculatoria] una divisio sunt, eo fit quod non unum et duo in ullo ordine sunt, sed numerus perfectus et plus quam decem in numero non sunt. Omnia autem quae istum numerum superant, eum circumdant (?). Hoc etiam de iaculatoriis [dicendum est].[4])

Porro autem etiam typum in eo [sc. libro psalmorum] subiciunt et sic dicunt laudationes eius typum esse [omnium eventuum] ab initio mundi usque ad resurrectionem ex mortuis. In laudatione prima quae constat ex decem psalmis[5]): Primus [psalmus] XIV versus: de sex naturis quae silentio et una quae voce primo die creatae sunt. Et de septem aliis naturis quae istis sex diebus creatae sunt. Sex naturae quae silentio[6]) [creatae sunt] scilicet[7]): Coelum et terra et angeli et tenebrae et aqua et aër et lux, quae voce creata est. Septem [autem] aliae: Firmamentum et congregatio [confluxus] aquae et herba terrae et divisio luminum et reptilia aquae et animal et homo. Psalmus secundus: *„Quare fremuerunt“* et versus sequentes: De caede
Abel et generatione Seth. *„Ego“* scilicet, *„constitui regem meum“* et cetera de I
Seth [dicta] sunt.

Eadem ratione singulae laudationes, iaculatoria, psalmi atque interdum singuli versus explanantur, ut typi eorum quae et in veteri et in novo testamento et in prima historia ecclesiae narrantur. Ceteris praetermissis illud omittere nolo, quod habet ad ps 123:

„Nisi“: Cum Nero Simonem et Paulum occidere voluit et iterum placatus est [wēṯub eštajjan.]

Quod unde manaverit exploratum non habeo. An potius vertendum est: Et iterum pax facta est [?]

---

1) Vide introductionem p. 6 l 5 sqq

2) V. Homines.

3) V. Add.: in totum.

4) Eorum quae sequuntur, textum Syriacum non addidi, quia non nisi pars apta esse videbatur ad alliciendos legentium animos.

5) V. De decem generationibus quae sunt ab Adam usque ad diluvium. Psalmus primus qui constat e quatuordecim versibus.

6) Ad v.: naturae silentii.

7) V. om. h. v.

Ps. 128: „*Multi sunt qui tribulant me.*" Cum Aninus[1]) et socii eius eum [sc. Jacobum fratrem Domini, cuius ad priorem psalmum mentio facta est] oppresserunt et deicerunt de latere templi

Praeterea commemorantur persecutiones imperatorum Romanorum usque ad Diocletianum, baptismus Constantini, concilium Nicaenum, Julianus lupus rapax, Jovinianus.

Ps. 140 (Lee 141.) „*Domine clamavi ad te*": Synodus non legitima Ephesi [habita] tempore Theodosii minoris, qua Dominus Cyrillus condemnavit Nestorium," [qui] a Theodoro didicerat! . . . „Dicitur enim etiam ad daemones confugisse Cyrillus ut superaret Nestorium. Ps 42 (Lee 141) „*Voce mea ad Dominum*": Oratio eius Nestorii in deserto Awasae[2]).

Denique sequentes psalmi typi sunt certaminis Eliae cum filio perditionis [Antichristo], cantica Mosis et Jsaiae extremi iudicii. Finis est:

„Et hic[3]) explicit sermo de laudationibus mysterio consummationis iudicii et retributionis [enarrato]. Quam ob rem, o frater noster, etiamsi psalmi ad illud significandum, ad quod [a me] relati sunt, scripti non sunt, et expositio ex parte [tantum] convenit ad rem neque vero in omni re atque etiamsi illi psalmi non sensu [proprio][4]) positi sunt, tamen ii, qui eos disposuerunt, hanc significationem iis subiecerunt eaque prout dedit nobis [Deus] virtutem[5]) exposuimus[6]) Deo autem creatori naturae, illi qui coniunxit hominem cum [substantiis] compositis et simplicibus et ex utroque ordine constituit unam personam, quae coniungit utrumque et quae in coniunctione [natura sua composita] se gerit velut animalia et intelligit illa sua propria sicut spiritus ratione praediti et fingit moribus suis ea quae praeterierunt et ea quae futura sunt et quae similis est creatori suo scientia boni et mali et quem [sc. hominem] cum cecidisset in principio voluntate sua laxa per filium suum dilectum, verbum suum cui

---

1) **Melius: „Ananus." Cfr. Josephi Antiquitates 20,9,1. ed. Niese, Berolini 1891. Opera ed. Niese vol. IV Berolini 1890 p. 309. Eusebius historia ecclesiastica II 23 Ἄνανος Ed. syriaca: L'histoire ecclésiastique d' Eusèbe de Césarée ed. Bedjan. Paris 1897 p. 112 l. 3.**

2) **Ὄασις in deserto, quod est ad occidentem Aegypti sita. Evagrius, hist. ecclesiastica l. I cap. 7. (Migne, ser. Gr t. 86[2] col. 246 sq)**

3) **V. „Et sic."**

4) **V. „hoc sensu"**

5) **Sive: „prout dedit [nobis] virtus, erat [nobis] virtus."**

6) **Hic explicit textus V.**

coniunxit hominem perfectum, redemit et erexit et sanctificavit virtute Spiritus [sancti] et docuit omnia occulta [mysteria] et nomine trinitatis obsignavit, cum dispensatione sua omnes ratione praeditos redimeret, [ipsi] laus et honor et confessio et exaltatio et adoratio in saecula saeculorum. Amen.

IV.

Succedit [quastio]: Quae est causa, quod beatus David illum magnum psalmum: „*Beati illi* . . .“ literarum Aleph, Beth et ceterarum ordine composuit et singulas literas octonis versibus [praeposuit]. Sic enim in Hebraico [leguntur]. (Responsum): Decem (enim)[1]) literis significat purgationem quae [vita] contemplativa [fit], decem sensuum qui sunt corporis et animae, decem autem aliis purgationem eorundem quae vita operativa fit, duabus autem aliis perfectionem puram et absolutam corporis et animae pari modo. Compositio autem literarum cum octonis versibus significat divisionem octo dierum [et] octo [passionum] animi motuum: cupiditatis, gulae [magnitudinis ventris], fornicationis, pecuniae amoris [avaritiae], aestus, irae, invidiae, doloris et eius quae magis . . . Significat propheta iis quae primo die hebdomadae. Et hic desunt verba in codice.

V.

Porro in virtute tua, o Deus noster adorande! scribimus introductionem psalmorum beati David quae composita est a Domino Nathanael episcopo Širazorensi, eo, qui occisus est martyr [gloriosam mortem passus] pro Christo cum duodecim aliis episcopis tempore Chosrois regis Persarum filii Hormizdad

INTRODUCTIO.

Omnibus prophetis ceterisque libris sacris singulis quibusque est aliquid. (Atque etiam hic excidit aliquantulum.) Alius autem docet suadetque bona opera sicut proverbia Salomonis et Ḳohelet et Siracides. Alius autem de confessione praecepta dat hominibus et alius doctrinam de gratiarum actione tradit, velut prophetae et ceteri libri qui omnium [doctrinarum] pleni sunt, etiam si unum aliudve singulariter plus in eis invenitur. Liber autem

---

[1]) II. v. superest.

psalmorum omnes illas [doctrinas] utiles, cum in illo cumulatae sint, simul
ostendit, velut in imagine regis. Velut [enim] haec multitudine colorum,
quibus splendet abundans [facile agnosci potest], sic etiam liber psalmorum
copia utilium doctrinarum suarum perspicuus est studiosis, cum facile ex
eo omnes doctrinae utiles resplendeant.[1]) Nam de rebus creatis docet et de p. 14.
moderatore certiorem facit qui illarum rerum curam habet (?)[2]), cum non
relinquat locum iis qui mundum istum aiunt temere et a se ipso ortum esse
et sine frenis moderatoris currere et docet quae facere et a quibus abstinere
deceat et enarrat de mercede sollertium et de poena sceleratorum et de
amore et concordia multis verbis exponit et confessionem confiteri [facere]
peccatores decere docet et illos porro, qui bona a Deo acceperunt ad [laudem
et] confessionem excitat et ut in tentationibus in Deo sit fiducia nostra docet
et ut tempore angustiarum fortiter eos sustineamus, qui mala nobis inferunt
suadet, declarat autem nobis, quas petitiones petamus a Deo, cum ceteris aliis
doctrinis, quas per ordinem exponere valde molestum est. Ista autem omnia
liber psalmorum illis praebet, qui eo ut instruantur exoptant. *Isti enim
versus cum recitantur ab hominibus piis modo musico eis convenienti daemones
propellunt et angelos ad eos invitant et quid dico angelos? ipsum redemptorem
nostrum Christum ad auxilium eorum adducunt et gratia Spiritus (sancti) digni
sunt*[3]). *Quis enim est qui nesciat vitam piorum hominum illorum, qui cum in* q. 15.
terra vivant, angelos imitentur[3]), quorum concordia et orationes contemplativae
e meditatione psalmorum oriantur. Nam si plagae et tentationes eis accidunt,
e psalmis constantiam discunt, si autem auxilio divino dignos se praestant, hinc
discunt se gratiam accepturos esse. Si autem dolor aut vexatio accidit uni
ex eis, hinc medicinam et solamen ei imponunt. [Sed] quia omnia ista remedia
inveniuntur in libro psalmorum decet nos, fideles, cum recitatione psalmorum
etiam intelligentiam verborum eorum acquirere, ne tempore officii [divini]
mentes nostrae dissipentur ad vanas cogitationes, sed animus capiatur [moveatur], dum orat ad Deum, imprimis consolatione quae virtute doctrinae

---

[1]) Melius: facilis [perspicuus] est studiosis [videntibus] facile ex eo omnes doctrinas utiles resplendere.

[2]) mĕbaṭṭel cum bŏ „curans“: Quam notionem hic quoque subesse puto, cum „perdere, delere“ minime quadret.

[3]) Cfr. p. 19[1].)

eorum [oritur]. Haec sufficiunt, quae ostendant utiles doctrinas, quae ex hoc libro inveniuntur a filiis Ecclesiae. (Explicit introductio psalmorum composita a Domino Natniël episcopo Sirazorensi).

VI.

Porro psalmus, qui dictus est a David (cum congrederetur cum Goliath Philistaeo):

„Parvus fui inter fratres meos et puer in domo patris mei. Pascebam oves patris mei lactantes. [Velut agnos occidi leones et lupos]) *manibus meis quae faciebant organum, digitis meis aptis ad citharam. Et quis annuntiabit haec domino meo? Ipse Dominus est*[2]) *Deus meus, ipse misit angelum suum et exaltavit me de ovibus patris mei et unxit me unguento unctionis suae. Fratres mei pulchri et magni sunt neque [vero] delectatus est eis Dominus. Exii in occursum Philistaei et contempsit me propter idola sua. Ego autem evaginavi gladium eius et abscidi caput eius et proieci opprobrium ab*[3]) *Israël.* (Explicit et Domino sit gloria!)

VII.

Sequitur (reprehensio eorum qui non caste [cum sancta reverentia] accesserunt ad interpretationem librorum divinorum). Ewargenis [Origenes] Alexandrinus, qui multum se instructum esse putabat in libris sacris, cum sermone poëtarum Graecorum paganorum et a secta Platonicorum abriperetur, falso contendit, animas ortu suo priores fuisse corporibus et omnibus rebus creatis visibilibus per temporum [spatia] immensurabilia. Praeterea dicit: De natura creata priore nemo profecto scripsit, de secunda autem ille qui in Horêb locutus est. Praeterea loquitur de peccato, quod antea factum est, intelligentiarum [spirituum], quibuscum propter peccata eorum coniuncta esse corpora ad castigationem eorum et propterea quia [sc. Origenes et discipuli eius] illum sensum perversum, non rectum ante oculos suos fixerant [statuerant], omnes libros aenigmatice explicaverunt. Et symbola, ait, illarum rerum antea gestarum omnia illa esse, quae in libris [sacris] scripta

---

[1]) Verba uncinis inclusa desunt in aliis textibus, etiam in Graeco.
[2]) Polyglotta recte: Et ipse.
[3]) Polyglotta add : A filiis.

sunt. Et hymnos beati David qui docent de exilio et reditu filiorum Israël, [interpretatus est] accepit ille vir esse magnum mysterium de priore captivitate animae et de hoc reditu eius qui fide in Christum perfectus est. Et sic interpretantur etiam illam [similitudinem] de triginta et sexaginta et centum [fructibus], triginta [fructus] appellantes matrimonium, sexaginta statum viduarum et centum virginitatem. Propter quas sententias perversas[1]) quas deposuerunt in scripturis suis, ipse et sectatores dogmatum eius, statuerunt patres nostri beati, ne legeremus in libris eorum. Insuper in historia ecclesiastica Eusebius Symmachum et Aquilam et Theodotis[2]) ait sectatores sermonum Ebionis fuisse[3]), illius a quo Paulus Samosatenus accepit abnegationem personarum p. 18.
Filii scilicet et Spiritus [sancti]. Et scito familiares Symmachi Judaeos[4]) fuisse, homines peritos linguae Hebraicae et Graecae. Et postquam fidem acceperunt, reliquerunt religionem Judaicam et discipuli facti sunt Domini nostri.

VIII.

(Porro scribimus nomina doctorum patrum orthodoxorum, e quorum sensu confirmatus est hic liber et quorum interpretationibus declaratus est e ceteris libris sacris.[5]) Primus Diodorus et Theodorus et Nestorius, Mar [sanctus] Ephrem, Joannes Chrysostomus, Išoʻdād[6]), Ṣĕlībhā qui est Ṣaḥr

---

[1]) Cfr. Mat 13,3 sqq. Marc 4,3 sqq. Luc 8,4 sqq. Quorum locorum interpretationes cum inter opera Origenis non iam existere videantur, hanc sententiam non inveni. Ceterum hunc locum eadem ratione explicavit Beda venerabilis in expositione in Lucae evangelium c VI l. (Migne s. Lat. 92 col. 472 B). Quod verbo tenus assumptum est ex s. Hieronymi adv. Jovinianum l. l. cap I. (Migne s. Lat. 23 col. 213 B). Eandem explicationem invenimus in homiliariis medii aevi. Cfr. Cruel, Geschichte der deutschen Predigt im Mittelalter p. 100.

[2]) i. e. Theodotionem.

[3]) Eusebius, hist. ecclesiastica (Migne se. Gr. XX.) L. VI c. XVII. Symmachum Ebionaeum fuisse tradit; l. V. c 8 autem Theodotionem Ephesium et Aquilam Ponticum proselytos Judaicos fuisse, quorum doctrinas Ebionaei amplexi essent. Neque vero ipsos Ebionaeos fuisse contendit. Item in versione Syriaca: L'histoire ecclesiast. . . . p. 391 infra

[4]) Eusebius, hist. eccl. l 5 c 8 Symmachi mentionem non facit.

[5]) Fortasse melius pro: „et quorum . . .": „sicut etiam ceteris libris sacris demonstratione ex eorum [sc. patrum] interpretationibus [deprompta]"

[6]) Merwensis, ut videtur, cuius commentarius in psalmos existere dicitur in bibliotheca patriarchae Graecorum Hierosolymitani, cfr. Syr. Lit 220 sq.

Boḥt[1]), Michael explorator[2]), et Theodorus discipulus interpretatoris[3]), Mar Abbā Cascarensis[4]), Joḥannan[5]), Abraham[6]) et Ambāz[7]) et Ambroṣius[8]), Ḥĕnānišo'[9]), Jšo'barnon[10]), Timotheus[11]), Gregorius[12]), Joḥannan Beṭrabbanensis, qui est filius sororis Mar Nersetis[13]), Barḥadbĕšabbā[14]), Mar Babai

---

1) Ignotus. Sĕhār bōkht ortum esse videtur e Persico çĕhār boḥt (quatuor [res] salvaverunt) Nöldeke, Geschichte der Perser und Araber. Aus der Chronik des Ṭabari. Leyden 1879 p. 396[1]).

2) Vide Hoffmann, opuscula Nestoriana p. XXI-XXII.

3) B. O. III. 1,32, mentio fit Theodori cuiusdam, cuius precibus Theodorus Mopsuestenus epistolas ad Corinthios explicavit.

4) Mar Abhā I. 536-552 catholicus Nestorianorum praeter „canones in totum Davidem" etiam commentarium in psalmos concinnasse traditur Syr. Lit. p. 116-118. Marabhae autem II patriarchae Nestorianorum 741-751 (Syr. Lit. 186 sq.) huius generis opus non commemoratur.

5) Incertus.

6) Fortasse Abraham Cascarensis, cuius nominis duo noti sunt. Syr. Lit. 118 sq.

7) Ignotus.

8) Ignotus.

9) Fortasse Ḥĕnanišo'I. patriarcha Nestorianorum 686—707 qui scripsit varia (Syr. Lit. 181) sed probabilius Ḥĕnaniso' bar Šarošwai (Syr. Lit. 2‹8), qui initio saeculi decimi scripsit quaestiones de scriptura sacra. Vocabularium et glossas ed. Hoffmann, op. Nestoriana p. XIII.

10) Auctor quaestionum de scriptura sacra, catholicus Nestorianorum 823 (821)—827 (828) Syr. Lit. 216 sqq. Vide supra p. 12 l. 11.

11) Fortasse Timotheus I. catholicus Nestorianorum 819—82'. Syr. Lit 191.

12) Incertus, fortasse Nazianzenus in cuius opera complures Nesortiani scripserunt commentarios, ut Timotheus I. Syr. Lit. 194

13) Quod videtur esse falsum. Filius enim sororis Mar Nersetis erat Abraham Beṭrabbanensis, primus Nersetis successor in magisterio scholae Nisibenae. Abrahamo autem successit Joḥannan Beṭrabbanensis. Quem praeter commentarios in complures libros veteris testamenti quaestionum de veteri et novo testamento auctorem esse constat. Vixit circa annum 579, quo anno mortuus est Chosroës I. rex Persarum Syr. Lit. p. 114 sq.

14) Qui scripsit commentarium in „David" i. e. psalmos, vixit circa annum 630. B. O III. 1,633 b. Aequalis erat Jacobi Beṭrabbanensis coenobii (anno 595, Budge, The book of governors by Thomas of Marga, London 1893 vol. I. p. LXXII text. p. 38,9 et p. 46,17 vol. II p. 68 et 79) fundatoris et Išo'jabhi Adiabeni patriarchae Nestorianorum 647—657. (658 sive—660. Syr. Lit. 172 n. 8), qui scripsit ad eum epistolam B. O. III 1,142.

Persa[1]), Philo philosophus spiritualis[2]) Sabrišo' Pauli [filius][3]), Gabriel Ḳaṭarensis[4]), Theophilus Persa[5]), Joḥannan Ninevita[6]),. Origenes[7]), Mar Elias metropolita Merwensis[8]), Theodoretus[9]), Daniel filius Tubhaniṭae[10]), Joannes[11]), p 19
Hĕnânâ[12]), Athanasius[13]), Jacob Ḥazzaja[14]). (Dominus noster aperiat nobis portas sensus eorum, ut intremus et intelligamus, etiamsi in vadis [profundis] Oceani et Giḥonis [demersus est] sensus eorum Amen.)

---

1) Qui fuit episcopus Rivardaširensis, composuit librum, quo continetur solutio variarum quaestionum. B O. III 1,176. „Claruit sub Ananjesu secundo patriarcha circa annum Christi 780.“ B. O. ibidem n. 5). Discipulus fuisse dicitur Rabban Ḳudahwi, quo mortuo factus est superior monasterii eius Bêṯ Hâlê. Chabot, Le livre de la chasteté n. 86

2) Videtur esse Judaeus ille Alexandrinus.

3) Pauli Mossulani filius mortuus anno 974. Scripsit carmina Syriaca et disputationem cum Judaeo B. O. III 1,541.

4) „Sriptor, confecit orationem de unione et solutionem quaestionum de re fidei vixit circa annum Christi 740“ B. O III 1,172 sq. Qui annus non recte traditus esse videtur, quia Babaeus archimandrita, qui vixit prima parte saeculi septimi, de eo scripsit. Syr. Lit. p. 168.

5) „Scripsit adversus Dositheum, alterum etiam composuit librum quo solvit capita Cyrilli, vixit post Synodum Ephesinam, Nestorianae factionis adversus Cyrillum propugnator.“ B. O. III 1,42.

6) Incertus.

7) Vide supra p. 26 sq.

8) Qui scripsit commentarium in psalmos. Aderat morti Jšo'jabh III 657—658 sive 660 (Syr. Lit. 172 8)) Syr. Lit. 179 sq.

9) Theodoretus Cyrensis?

10) Daniel filius Ṭubhaniṭae, episcopus urbis Ṭahal in Beṯ-Garmai, scripsit solutiones quaestionum sacrae scripturae. Syr. Lit 234. Fuit adversarius coaetanei sui, ut videtur, Jsaaci Ninivitae (Le livre de la chasteté n. 124). Quare videtur vixisse saeculo sexto, non decimo ut habet Assemanius B. O. III 1, 174 notae 3 et 4.

11) Incertus

12) Sive: Ḥannânâ? Fortasse Ḥannânâ Adiabenus, successor Josephi Ḥuzzâjâ in schola Nisibena, qui doctrinam Theodori Mopsuesteni aggredi ausus et condemnatus esse dicitur a synodis sub Išo'jabh Arzonita 588 et sub Sabrišo' anno 604 habitis. Cfr. supra p. 13 l. 6 sqq. Scripsit praeter alia commentarium in psalmos. Syr. Lit. 124—127.

13) Incertus.

14) Jacob, propheta et videns discipulus Išo'jabhi III 656—660 (?) (Syr. Lit. 172) coaetaneus patriarcharum Georgii 661—680 (Syr. Lit. 178 sq.) et Ḥenanišo' I 686—701, (ib. 181). Le livre de la chasteté Nr. 140.

COMMENTARIUS.

IX.

Porro virtute Domini nostri scribimus elucidationes libri psalmorum beati David quae factae sunt a magistro nostro doctore Denḥā (et sunt qui dicant a magistro nostro Gregorio, eremita perfecto). Compositae autem [sunt] duplici ratione, una [verbis] brevibus minio [scripta], altera longioribus [i. e. pluribus] [verbis] atramento nigro [scripta], cum versus eo ordine, quo veniunt coniungis. Sed si nonnullis locis versus [atramento] scripti sensus non congruit cum [verbis] minio scriptis lege verba[1]) atramento [scripta] et coapta[2]) cum verbis] minio [scriptis]! Sin vero mavis, relinque verba minio scripta et coniunge [verba] atramento [scripta] inter se et videbis sensum verborum rectum.

Psalmus primus[3]). [Admonitio] ad bonos mores[4]). 1 „*Beatus vir*" et cetera: (Neque peccavit voluntate sua.) Neque assensa est voluntas eius malis. Nefarios appellat illos qui iniuriam faciunt suis sociis. „*Et in consilio peccatorum*" (illorum quibus non venit in mentem reverti [se convertere] „*non surrexit*", ut faceret iniquitatem. Consilium appellat vim discretionis animi et peccatores eos qui aperte peccant. „*Et in sede irridentium non sedit*" et gavisus est [neque placuit ei] quod illi alios irridebant. Irridentes vocat eos qui illudunt aliis. 2 „*Sed in lege Domini voluntas eius*" (i. e.) meditatur et servat [eam] perfecte. Legem Domini

Psalmus primus David. Narratio et admonitio ad honestos mores et bonas vivendi rationes. 1 „*Beatus*" in utroque mundo ille „*vir qui non ambulavit in via iniquorum*" neque adhaesit iis in insidiis suis [cum insidias suas pararent] „*et in consilio*" et in cogitatione „*peccatorum non stetit,*" scilicet „*non delectatus est voluntate eorum*" [studiis eorum] neque se commiscuit cum eis et „*in medio concilio eorum qui derident*" et illudunt de iudiciis divinis „*non sedit, sed omnem noctem et diem in [de] lege Domini meditatus est.*" Legem Domini mandatum eius appellat. 2 „*Et in [de] lege eius meditatur die ac nocte*" sine distractione [animi

---

[1]) Seu: Versum i. e. unam enuntiationem continuam.

[2]) sc. omisso uno alterove verbo commentarii longioris, quo datur alia interpretatio.

[3]) G in margine: [Psalmus] primus. Laudatio prima, versus XIV, caput primum. Cfr. p. 9

[4]) B. H. 101,48 Narratio admonitionis ad bonos mores.

mandatum eius vocat. „*Et in* [*de*] *lege eius meditatur die ac nocte*“ sine ulla relaxatione [animi]. [3]„*Erit velut arbor, quae plantata est iuxta rivum aquarum*“ quae neque ab aëre noxio neque a quo alio impeditur quomimus det fructus[1]). Rivum aquarum appellat traham[2]) vel flumen parvum. „*Qui fructus suos*“ i e. opera sua[3]) in iustitia [facta] „*dabit tempore suo*“ et in vita sua „*et folia eius*“ i e. verba eius „*non defluent*“, quia nolunt inclinare ad res terrenas[4]). „*Et omnem*“ iustitiam, „*quam facit, perficit* [5])“ [4]„*Non sic impii*“ esse volunt. Impios appellat eos qui contemnunt Deum neque timent eum. „*Sed velut pulvis, quem dispergit ventus*“ super faciem terrae[6]), sic dispergentur sententia iudicii divini die novissimo Pulvis i. e. terra tenuis. [5]„*Propterea non surgent impii in iudicio,*“ ut interrogentur, sed momento resurrectionis suae ad gehennam mittentur [detrudentur], „*neque peccatores in congregatione iustorum*“ [cum iis] commiscebuntur ibi, velut remissione]. [3]„*Est velut arbor plantata iuxta rivos aquarum*“, quae non impeditur, quominus fructus det [ferat]. Rivum aquae vocat traham aut rivum parvum. „*Fructus suos*“ i. e. autem opera sua in iustitia [iuste facta] „*dat tempore suo*“ et in vita sua. „*Et folia eius*“ quae sunt verba eius „*non decidunt*“, quia eis non est [non talia sunt], ut inclinent ad res terrenas „*Omnem*“ iustitiam „*quam facit, perficit.*“ [4]„*Non sic impii*“ esse volunt.
Impios vocat illos qui Deum contem- p 22.
nunt. „*Sed velut pulvis, quem dispergit ventus*“ super faciem terrae, sic dispergentur iudicio divino die extremo „'Urra“ vocat pulverem tenuem. [5]„*Propterea non surgent impii in iudicio*“, ut interrogentur, sed inde a resurrectione sua in infernum mittentur [detrudentur] „*neque peccatores in concilio iustorum*“ miscebuntur ibi [cum iustis]. Justus est [etiam] ille qui paulum possidet virtutis [praestantiae]. [6]„*Quia novit Dominus viam iustorum*“ [sc.] eos in gaudio habita-

---

1) B. H. 101,68 I. e. quae non impeditur a noxiis viribus aëris, quin fructus det.
2) B. H. 101,67 idem verbum.
3) B H. 101,70 add.: Bona.
4) B. H. 101,70 I. e. verba eius non inclinant ad res terrenas.
5) B. H. 101,70 I. e. omnis iustitia bene cedit usque ad perfectionem.
6) Videur e LXX manasse. Baethgen l. c. 1885 p. 56 n. 5.

ne in terra quidem cum eis commixti sunt iustitia sua. Justum appellat eum, qui brevi virtutem adeptus est. „[6]*Quia novit Dominus viam iustorum*", [sc.] eos gaudio dignos esse. „*Iter autem impiorum peribit*" cum eis in cruciatu aeterno.

turos esse. „*Et via impiorum peribit*" cum eis in cruciatu aeterno.

[Psalmus] secundus:[1])

Vaticinatur de iis quae facta sunt in passione Domini nostri a Judaeis et testatur nobis etiam de humanitate eius[2]). [1]„*Quare tumultuaverunt* [*fremuerunt*]" i. e, ceciderunt et perturbatae sunt[3]) „*gentes*", quae sunt e domo Herodis et Pilati [Herodes et Pilatus cum suis] „*et populi*" tribus stirpium filiorum Jacob i. e. principes sacerdotum et sacerdotes et scribae „*meditati sunt inania*" [vanitatem, videlicet] Dominum nostrum, cum mortuus esset, non iterum resurrecturum esse. [2]„*Surrexerunt reges terrae*" e domo Herodis[4]) „*et principes*", qui sunt scribae et Pharisaei (de thronis suis mirantes de defectione solis tempore passionis eius). „*Et deliberaverunt una*" si relinquerent eum vivum. „*Omnes homines credunt in eum*". „*Adversus Dominum et adversus Christum eius*", adversus patrem scilicet et adversus filium [Surgamus, inquiunt], [3]„*ut dirumpamus vincula eorum*" i. e. subiectionem eorum [servitium quod iis praestamus] et doctrinam eorum [sc.] patris et filii a collo nostro. Vincula vocat tenues funes, quos alligant cum iugo ad collum tauri.[5]) „*Et proiciamus*[6]) *a nobis iugum eorum*" quod [est] in scapulis nostris. Jugum lignum est illud quod collocant[7]) in collo taurorum. [4]„*Qui sedet in coelis, ridebit*" de cogitatione eorum et consilio eorum vano „*et Dominus illudet eos*" et infirmitatem actionum eorum. [5]„*Tunc loquetur contra eos* [*de iis*] *in ira*

---

[1]) G in margine: Secundus [psalmus]: versus XXVIII.

[2]) B. H. 102,81 Psalmus secundus: De iis quae facta sunt in passione Domini nostri a Judaeis et de vocatione gentium. Ib. 102,90 Versus XXVIII.

[3]) B. H. 102,91 I. e. a tumultu et perturbatione.

[4]) B H 102,89 Herodes et Pilatus cum populo Israel.

[5]) S. Vincula vocantur funes tenues qui alligantur etc.

[6]) B. H. 102,95 Et solvamus.

[7]) S. Quod positum est.

sua“ propter arrogantiam eorum contra se), postquam ascenderit in coelum.[1]) p. 24.
„*et in aestu* [*furore*] *suo conturbabit eos*“ gladio [bello] Romanorum, quod revera accidit eis quadraginta annis post crucifixionem eius [sc. Christi]. (Alii, decem annis, inquiunt, post crucifixionem Domini nostri et ascensionem eius in coelum) [6]„*Ego*“, Deus, „*constitui regem meum super Sion montem sanctuarii mei*“, in quo aedificata est urbs Jerusalem et templum. Regem meum Dominum nostrum appellat et montem sanctuarii mei montem sanctum[2]) „*Ut enarret*“ i. e. ut praedicet „ *de foedere meo*“ quod est evangelium regni coelorum. „[7]*Dominus dixit mihi: Filius meus es tu!*“ (Ante triginta enim generationes dictum erat, futurum esse, ut Christus nasceretur. Haec igitur e persona humanitatis [de humanitate] Domini nostri dicit. „*Et ego hodie genui te*“ in carne [incarnatione] et in baptismo et in resurrectione a mortuis et in immortalitate [quam tibi dedi]. [8]„*Postula a me*“ principatum „*et dabo tibi gentes haereditatem tuam*“ pro [una] gente. „*Et possessiones tuae termini terrae*“ [erunt]. Terminos terrae hic totam terram cultam vocat. [9]„*Reges eos*“ et subiges adventu tuo secundo „*virga ferrea*“ illos qui noluerunt credere in adventu eius primo [tempore adventus eius primi]. „*Et velut vasa figuli*“ quae cum primum fervefacta sunt in furno, concutiuntur [eiciuntur] ex omni humiditate [liberantur humiditate sua] (i e. a passionibus et morbis et ab inclinatione [sc. in malum sive declinatione sc. a recto et bono] et mortalitate) „*concuties*“ [eicies sive liberabis] „*eos*“ resurrectione e [a] perditione et ex [ab] omni sorde p. 25.
peccati et aerugine mortalitatis quia ibi (tunc) neque peccare neque poenitentiam agere poterunt.[3]) [10]„*Nunc*“ [proinde] „*reges resipiscite*“ quia venit sibi dominus regni[4]) (et accipite disciplinam) „*et discite iudices terrae*“ ex iis quae ab eo perpetrata sunt et ab aliis in nomine eius (quibus etiam daemones subiecti erant). [11]„*Servite Domino in timore!*“ observantes praecepta eius „*et sumite eum*“ [sc.] etiam corpus eius[5]) „*in tremore*“ et nolite ab imitatione eius

---

[1]) S. Post ascensionem suam in coelum.

[2]) Cfr. LXX.

[3]) Nota primam partem versus ad infideles referri, alteram, ut videtur, ad bonos qui post resurrectionem in statu perfectionis neque peccare neque converti poterunt.

[4]) B. H. 102,99 i. e. nunc cognoverunt gentes, me esse qui te genuit a principio.

[5]) sc. eucharisticum.

averti. 12„*Osculamini*" et diligite „*filium*" (qui captus [abreptus] est moribus vestris) qui revelatus est in corpore „*ne irascatur Dominus*" et vos tradamini in cruciatum „*et pereatis* [*aberrantes*] *de via eius*" et a fide in eum, [ita] ut ea [via, a qua quippe aberraveritis] non introeatis in regnum; „*quia ad breve*" (parvum tempus) „*ardebit ira eius*" de Judaeis, qui eum cruci affixerant. „*Et beati omnes qui confidunt in eo*" (et credunt in eum) et exspectant adventum eius.

[Psalmus] octavus:

(Vaticinatur de Christo[1]) et certiores nos reddit etiam de distinctione naturarum[2]) et redemptione hominum et honore quem accepit humanitas eius, cum primum supra Deum Verbum habitavit [requievit] et sic dicit:)

2„*Domine Dominus noster, quam laudandum est nomen tuum*" (et honorandum) „*tota terra!*" cum dispergatur evangelium tuum super universum mundum; „*qui dedisti laudem tuam*" (quae est lux quam posuisti) „*super coelum*" angelis, ut laudarent te. Etiam 3„*ex ore*[3]) *adolescentium*" perfectorum „*et puerorum*" infantium „*confirmasti laudem tuam*", cum intrasti vectus pullo asini in Jerusalem „*propter inimicos tuos*" Judaeos ut cessaret[4]) accusatio eorum neve dicerent turbas blanditiose [te] celebrare, „*ut destrueretur inimicus*"[5]) (qui profanus erat corde et paratus ad ulciscendum) Judaeus qui voluit ulcisci te, quasi tu adversarius esses Deo et legibus eius[6]) 4„*Quia viderunt coelos tuos opus digitorum tuorum*" sanctorum. „*Lunam et stellas firmasti*" in coelo in (cum) omnibus splendoribus [suis]. Abhinc et infra de humanitate [sc. Christi] enarrat. 5„*Quid est vir*" Adam „*quod meministi eius*" (qui peccato et morti et Satanae subiectus erat) postquam erravit et periit, „*et homo quod visitasti eum*" i. e. quaesiisti[7]) et vestiisti eum (vir et homo i. e. Adam.)[8]) 6„*Minuisti eum paulo*

---

1) S add.: Domino nostro.

2) B. H. 107,29. Psalmus octavus. De Christo redemptore nostro et [de] distinctione naturarum.

3) B. H. 108,48. Et ex ore.

4) S. Ut deleretur.

5) T. add.: Ultor.

6) S. Et legi eius.

7) S add.: Eum.

8) B. H. 108. I. e. virum et hominem genus Adami vocat, quod perierat peccato et visitatum est dispensatione divina et salvatoria Domini nostri.

ab angelis" [Paulo minorem fecisti eum angelis[1])] qui superiores sunt omnibus (eo quod eum tres tantum dies morti tradidisti propter redemptionem et renovationem omnium.) Et[2]) propter passionem mortis, „*honore*" elevasti eum ad coelum „*et gloria*" immortalitatis et dominationis et deitatis „*coronasti eum*". „[7]*Et potestatem ei dedisti super opera manuum tuarum*" i. e. super omnem creaturam[3]) quae prius rebellis[4]) erat contra dominationem tuam. „*Et omnia posuisti sub pedibus eius*" angelos et naturas aeternas et homines in fine [denique]. [8]„*Oves et boves universae*" quae in pace [sunt], [9]„*etiam animalia campi et volucres, qui in coelo*" [volant] [5])ei honori [sunt] „*et pisces maris qui transeunt viis marium*" inferiores [subiectae sunt] voluptati [voluntati] eius. „[10]*Domine, Dominus noster! quam laudandum est nomen tuum in universa terra*" hora revelationis tuae!

[Psalmus] vicesimus alter:[6]) p. 28.

Oratio David cum propter peccatum eius persequeretur eum Absalom.[7]) Alii [interpretantur eum] de Christo Domino nostro.

„[2]*Mi Deus, mi Deus! :Cur dereliquisti me?*" (Hoc idem dixit Dominus noster tempore crucis [cum in cruce suspensus esset]), qui tentor illis (malis) quibus tentor ab Absalom. Neque enim vituperans hoc dixit, sed rogans, ut comperiret causam. „*Et removisti a me salutem meam verbis* [*propter verba*] *peccatorum meorum*", quae peccavi tibi [contra te]: [3]„*Mi Deus, clamo ad te interdiu neque exaudis me*" et solvis [liberas] me ab angustiis meis. „*Et nocte*" [sc. clamo ad te] „*neque*[8]) *expectas me*", ut per te liberer a persecutoribus meis. [4]„*Tu sanctus es*" et ego peccator „*et sedens*" [*i. e. sedet*] „*in gloria tua Israël*" cum liberatus sit ab angustiis [suis], non propter iustitiam suam, sed benignitate tua. „[5]*In te speraverunt patres mei*" e domo Abraham et Isaac et

---

[1]) B H. 108. Hoc autem est quod ipse filius et verbum patris eo quod coniunctus est cum natura nostra contempta et mortali, humilior factus est angelis qui sunt immortales. Sic enim explicavit eum [sc. versum] divinus Paulus in epistola ad Hebraeos.

[2]) S om. h. v.

[3]) S Terram.

[4]) S Amara (Sic!).

[5]) B. H. 108,65. Volucres coeli. Nestoriāni: qui in coelo [sunt].

[6]) G in margine: Psalmus vicesimus secundus: Laudatio tertia: versus LXVII.

[7]) B. H. 121,40. Psalmus XXII. dictus a David loco orationis cum persequeretur eum Absalom.

[8]) S. Non.

acceperunt omnia quaecunque petierunt.[1]) „*Speraverunt in te et redemisti eos*" a malis [insidiis] eorum, qui oderant eos. [6]„*Ad te clamaverunt et redempti sunt*" ab iis qui vexabant eos. „*In te speraverunt et non sunt confusi*", cum sperassent in te [sua in te spe decepti sunt.] [7]„*Ego sum vermis neque homo*" [sum] (de humiliatione sua loquitur) in comparatione illorum et operum eorum et miraculorum eorum[2]) „*Ignominia hominum et abiectio plebis*" (tempore iudicii sui [cum staret ante iudicium]) super quam constitutus eram rex. „Abiectionem" vocat sordem, [arabice:] abiectum. [8]„*Omnes qui videbant me*" in illa humiliatione „*deriserunt me*" (tempore flagellationis suae) et contempserunt me. „*Aperuerunt*" i e iecerunt „*labiis suis*" et illuserunt mihi „*et moverunt capita sua*" proclamantes a qua celsitudine ad quam humilitatem descendissem (tempore affixionis suae ad crucem cum suspenderent eum in ligno) cum dicerent alter ad alterum: [9]„*Confisus est in Domino, conservet eum*" nunc, sicut sperabat in eum „*et liberet eum si delectatur de eo*", sicut dixit: „*Volui David esse super populum meum Israel*".[3]) [10]„*Quia tu es fiducia mea,*" ex quo [ab eo tempore, quo][4]) exii „*ex utero et spes mea*", postquam ablactatus sum „*ab uberibus matris meae*" et nactus sum discretionem verbi et scientiam. [11]„*In te proiectus*" et tibi commendatus sum a patribus meis, cum natus essem „*ex utero et*" [*inde*] „*a ventre matris meae Deus meus es tu*", tu qui creasti me et ad istam vitam eduxisti me. [12]„*Noli removere a me*" curam tuam et opem tuam nunc „*quia angustiae appropinquaverunt neque adest qui adiuvet*" me contra angustias meas, nisi tu; quia omnes adiutores Absalom sunt. [13]„*Circumdederunt me tauri multi*", qui sunt (satellites Judaeorum) [5])principes populorum. Tauros vocat eos propter potentiam eorum. „*Et vituli Baišan*"[6]) (Pharisaei et chiliarchae) i. e viri fortes qui erant ex parte Absalom. Vituli sunt tauri iuvenci. Propter ferocitatem eorum vocat eos sic. [14]„*Et aperuerunt super* [*de*] *me os suum*" cum violentia, ut me devorarent (tempore quo

---

[1]) S. Petitionem suam.

[2]) B. H. 122,36. Hoc est autem: Ego David in comparatione patrum meorum Abraham et Isaac et Jacob nihil sum.

[3]) Hunc locum non inveni, cfr. Ps. 77,70 sqq.

[4]) S Cum exissem.

[5]) B. H. 123,64 nota: I. e. sacerdotes et doctores Judaeorum.

[6]) Textus add.: Circumdederunt me. B. H. 123,64 I. e. gentes Herodis et Pilati quae non subiugatae erant sub iugo legis ut taurus.

ceperunt eum atque etiam illa hora [qua clamaverunt] coram Pilato: *„Crucifige eum!“*) *„Sicut leo rugiens et rapiens“* feram ad praedam. 15 *„Et sicut aqua effusus sum“* (tempore, cum venit angelus, ut corroboraret eum) cum fugerem huc illuc ante eos *„et dispersa sunt omnia ossa mea“* (discipuli eius, qui dereliquerunt eum et fugerunt)[1]) timore inimicorum *„et factum est cor meum sicut cera“* i. e. cera quae liquescit cum admovetur ad ignem[2]) *„Et coagulata sunt in me viscera mea“* velut lac cum coagulatur i. e. usque adeo, ut cibus in eis non dissolveretur [digereretur], ita ut nihil cogitare possem propter multitudinem aerumnarum et curarum. 16 *„Et aruit tamquam testa figuli virtus mea“* instantibus [invadentibus] angustiis et malis. *„Et lingua mea adhaesit palato meo“*, ut nequirem circumducere eam in ore meo et loqui, propter multitudinem timoris qui dominatur super me *„et in pulverem mortis proiecisti me“*. Deminuisti me malis et angustiis multis sicut mortuum qui absconditur in pulvere. 7 *„Quia circumdederunt me canes“* familiares Absalom. Canes vocat eos propter arrogantiam eorum et incitationem eorum in eum impigram [assiduam]. *„Et turba malorum“* gentis (Hannan et Ḳaiaphas et scribae) *„circumdederunt me,“* ut perderent me et velut quidam ex iis, *dilacerassent manus meas et pedes meos,“* si vicissent me 18 *„et lamentata sunt omnia ossa mea“* prae timore et duritie doloris[3]) *„Ipsi aspexerunt et viderunt in me“* (qui affixus eram ligno [crucis] et clavibus) [et viderunt] omnia quae voluissent, ad voluntatem suam facta esse mihi.[4]) 9 *„Et diviserunt“* (milites qui illis obediebant *„vestimenta mea inter se“* in partes cum fugerem ab eis. *„Et super vestem meam“* [de veste mea] (quam non disciderunt in partes) *„coniecerunt sortem“* ad dirimendam litem. 20 *„Et tu Domine ne removeris“* auxilium tuum *„a me“*[5]) *„Deus, Deus ad auxilium meum“* (corporis mei) *„expecta“* et in angustiis [meis], in quibus sum, ne reliqueris me! 21 *„Et libera eam a gladio“* (animam meam quam, ut caperent, cum gladiis et fustibus exierunt) interitus [se] *„animam meam et de manu canum“* (passionum malarum [animi motuum malorum]) qui sunt inimici [mei] *„singularitatem“* i. e. solitudinem *„meam“*!

Joh. 19, 15.

p. 31.

p. 32.

---

[1]) B. H. 123 n. 3 I. e. apostoli.

[2]) S. Cum admovetur ei ignis.

[3]) S. Prae timore.

[4]) S. Omnia quae petierant mihi facta esse.

[5]) In margine G: „Sectio.“

[22]*„Libera me de ore leonis!"* (mortis!) Absalom, ne devoret me *„et a cornu alto"* unicornis[1]) (Satanae) Absalom et soci.rum eius serva *„humilitatem meam!"* Unicornis enim bestia terrribilis et potens est et est ei cornu unum, quo arbores magnas facile eradicat et propterea comparavit cum ea (Satanam) Absalom et socios eius. [23]*„Ut annuntiem nomen tuum fratribus meis"* Judaeis, qui sunt discipuli mei e semine Abraham quotiescunque nactus ero auxilium tuum, enarrans gratias tuas *„et media concione* [*ecclesia"*] Judaeorum *„laudabo te"* et narrabo triumphos tuos. Vos autem, [24]*„qui timetis Dominum laudate eum"* pro illis deliciis quas dedit nobis condemnatione inimicorum nostrorum et *„omne semen Jacob honorate eum"* i. e colite eum enarratione [eorum quae fecit] et hymnis psalmorum eius, eum qui honore affecit vos magis, quam omnem gentem *„et ti nete eum omne semen Jsrael!"* Et studete perfecte implere voluntatem eius [25]*„Quia neque sprevit neque repudiavit clamorem pauperis"* David, qui humiliatus erat vexationibus. Pauperem autem seipsum vocat in comparatione illorum adversariorum suorum, quia tota gens abrepta erat, ut Absalom sequeretur. *„Neque avertit faciem suam ab eo"*, tempore quo oravit coram eo et reliquit eum in tentationibus, sed *„cum clamaret ad eum, exaudivit eum"* et redemit eum ab inimicis eius fortissimis. [26]*„A te laus mea"* haec et honor meus, qui datus est mihi, o Domine, neque ab aliis· *„In ecclesia magna"* haec dicam, cum congregabuntur multi. *„Vota mea"* haec quae vovi, *„implebo coram timentibus eum,"* quia coram iis audivit me et laudavit me. Et prophetia data praedicens Deum soluturum esse angustias suas: [27]*„Edent"* inquit, *„pauperes"* (de domo Adamitica) illi qui sustinuerunt angustias et persecutiones mecum *„et satiabuntur"* bonis, simulatque mecum effugerint malitiam Absalom. Pauperes appellat illos, qui cum eo sunt.[2]) Propter vexationes [quas ferunt] *„vivet cor eorum"* gaudio quo implebuntur *„in saecula."* [28]*„Meminerint"* animae [vitae] suae *„et convertentur"*, ut veniant *„ad Dominum"*, ut serventur poenitentia, *„omnes fines terrae"* promissionis [sc. habitantes in eis], qui non [neque] recordabantur de gratiis Dei et [neque] in timore eius sperabant. *„Et coram eo adorabunt omnes tribus gentium"* quae in

---

1) B. H. 123,72. Et a cornu alto humilitatem meam. Graecus: „a cornu unicornium humilitatem meam" i. e. Rēmā [unicornis] quod simile est antilopae magnae. Et hoc [animal] unicum habet cornu medio capite [fronte].

2) Textus addit: Et laudabunt Dominum qui quaerunt eum.

circuitu nostro [sunt] [29]„*quia Domini est regnum*“ neque [vero] idolorum, quae constituta sunt ab errore „*et ipse est dominus gentium,*“[1]) ut creator earum. [30]„*Edent et procident coram Domino omnes esurientes terrae*“[2]) (qui esurierunt misericordiam et scientiam Dei vel passionem). „*Anima mea illi*“ Deo „*vivet*“ perpetuo. [31]„*Semen*“ (quod ei inter discipulos erit) meum „*serviet ei*“[3]) [et] „*annuntiabit generationem eius*“ quae post eum surget, „*Domino*“ (et exspectabit annum eius acceptum) etiam illos ipsos suos futuros esse. [32]„*Venient*“ (angeli qui missi sunt) „*et*[4]) *indicabunt iustitiam eius*“ (et miserationem eius) sc. (Dei, quam fecit apud eos a principio et faciet, etiam „*populo qui nascetur*“ (e baptismo) „*quem faciet [creabit] Dominus*“ (et qui veniet anno accepto). p. 34.

Psalmus quadragesimus quintus:[5])

Hic vaticinatur de Christo Domino nostro et de constitutione ecclesiae fidelis et [de] donis quibus ornata est et de iis quae completa sunt dispensatione eius [sc. Christi.][6])

[In margine]: (Aḥob) Iudaei autem amentia sua [decepti] hunc psalmum interpretantur de Salomone et muliere eius Aegyptiaca. Refutantur autem initio psalmi: „*Gigne [profer] cor meum!*“ etc.

[2]„*Profer tu, cor meum*“,[7]) suadeo tibi, ut gignas „*verba bona et dic*[8]) *opera mea regi*“ Christo,[9]) quae facere paratus [est mihi], cum primum revelaverit se: Quae[10]) (opera in me facienda) sunt doctrinae eius et dona sublimia. „*Lingua mea calamus scribae celeris*“, qui est Spiritus sanctus[11]) „[3]*Speciosior est*“ p. 35

[1]) S. Populi sui

[2]) S addit: „Quia ipse satiat eos, qui genuflectunt coram se, omnes descendentes in pulverem i. e. mortuos. T. addit: Et coram eo genuflectent omnes, qui descendunt in pulverem.

[3]) T. et S. Quod serviet ei.

[4]) S. Qui.

[5]) G in margine: Psalmus XIV., versus XXXIX. B. H. 152,42. Versus quadraginta et unus.

[6]) B. H. 152,34 Ps. XLV. Vaticinatur de Christo et de donis quibus ornata est ecclesia.

[7]) B H. 152,42. Hoc est autem: Jubet cor suum eructare verba bona.

[8]) B. H. 152,45. I. e. tu cor meum!

[9]) B. H. l. c. Christo cum primum revelaverit se in fine temporis.

[10]) S. Et [haec] sunt.

[11]) B. H. 153,49 idem.

Dominus aspectu suo, „*quam homines*" (propter pulchritudinem occultam Deitatis quacum coniunctum est corpus revelatum [visibile]), non forma faciei solum, sed etiam miraculis et virtutibus quae fecit. „*Diffusae sunt gratiae super labia tua*" quia tu gratis iustificas peccatores.[1]) „*Propterea benedixit tibi Deus in aeternum*", et effecit, ut perpetuo ab omnibus laudareris, (quia docuisti illudentes benedicere ei). [4]„*Adice* [*accinge*] *gladium*" spiritus, quod est verbum Dei „*ad lumbos tuos, fortissime!*" „*Splendor tuus et gloria tua*" quae post resurrectionem tuam orientur[2]) „*et gloria tua*" et virtus tua, quae vincit neque [vero] vincitur, „*vincit*" gloriam miraculorum tuorum, quae faciebas ante passionem tuam. [5]„*Ascende*" crucem in conspectu „*verbi* [*propter verbum*] *veritatis*" evangelii, quod in mundo spargis (praedicas tu[3])), „*humilitatis*[4]) (crucis) perfectae „*iustitiae*" quam doces.[5]) „*Legem tuam timore dexterae tuae*" emittis in mundum[6]). Nova sunt quae facis neque indiges auxilio aliorum. [6]„*Sagittae tuae* i. e. poenae quibus interficiuntur Judaei et occiduntur a Romanis,[7]) „*acutae*" [*sunt*] „*et gentes*", quas adiuvas verbis tuis, „*cadent sub te*" subiectione fidei [fidei obedientes][8]). Sagittas acutas vocat eas quibus infixa sunt unci et cuspides ferreae.[9]) Quae sagittae „*in cor inimicorum regis*" revera infiguntur, qui [inimici] sunt mors et satanas et qui colunt eum. [7]„*Thronus tuus*" et regnum tuum[10]), „*o Deus, in saecula saeculorum*" est [stat] (neque praeteribit) et in omnia imperium habes. „*Virga*" (i. e. sceptrum) „*recta*" in qua non est curvatura[11]) „*virga regni tui est.*" Similis [est

[1]) B. H. 153,51. Quia iustificas peccatores.

[2]) B. H. 153,54. I. e. illa qua indueris post resurrectionem tuam a mortuis.

[3]) B. H. 153,56. I. e. in cruce considerato verbo veritatis quod praedicas [sive: respectu verbi . . .]

[4]) T. et S. Et humilitatis.

[5]) B. H. 153,57. I. e. quam doces nos.

[6]) B. H. 153,58. I. e. miraculis tuis confirmas legem tuam neque vero potentia aliena.

[7]) S. Per Romanos. B. H. 155,61. I. e. iudicium quod adduces super Judaeos cum delebuntur a Romanis.

[8]) B. H. 153,62. I. e. credentes subicientur tibi.

[9]) B. H. 153, 63. I. e. sagittae, in quarum corde [in quibus] infixa sunt aculei et cuspides ferreae.

[10]) B. H. 153,65. I. e. regnum tuum.

[11]) B. H. 153,65. I. e. directa, in qua non est curvatura.

sceptro] regum, inquit qui sceptrum aureum aut aliquid aliud in manibus suis tenent. [8]„*Dilexisti iustitiam*“ quae spargetur in corda hominum „*et odisti iniquitatem*“, ut eradicares eam e cordibus eorum. „[*Propterea*]“ quia haec voluntas [hic animus] erat tibi[1]) „*unxit te Deus, Deus tuus,*“ Spiritu sancto[2]) „*unguento laetitiae*“ ut vivificares gentes, „*magis, quam socios tuos*“. Ipsi reges sunt, qui e legis [praecepto][3]) unguento sacerdotum uncti sunt[4]) (ut delerent [ut deleres] gentes). „[9]*Myrrha*“ ad unguentum tuum „*et cassia et stacte*“ odor celeber [laudandus] et suavis“, qui passione tua diffundetur in totum mundum. Myrrha nota est, cassia est oleum siccum myrobalani et stacte styrax.[5]) Significat autem hoc unguento illud quod attulit Nicodemus[6]). [Haec unguenta] „*olent omnia vestimenta tua*“ i. e. corpus tuum, in quo velut in porta natura [Deitatis] divina abscondita et occulta erat a videntibus [te][7]) „*A templo principali*“ [quod est] „*a me*“ Deo[8]) „*delectaverunt te*“, Christe omnes gentes, quae aedificant templa in [honorem] nominis tui. p. 37.

[In margine:] Pro „*principali*“ habet Hebraeus „*eburneo*“. Hic punctum [vocalis] mutatum et haec litera Nun[9]) abbreviata est. Stacte in ore Ḳaṭarensium [dialecto Ḳ.] Asḥaṭ (Asniat), cassia autem mĕšallaḥta [vocatur]

Quae surgunt et celebrant te moribus suis gloriosis (atque etiam pueri et infantes qui Hosanna clamabant cum ingredereris Jerusalem). Uno enim templo multa templa significat. „[10]*Filia regis in gloria*“ et beatitudine et splendore et honore, quae reservata sunt sanctis, „*stetit*“. Filiam regis autem ecclesiam vocat propter regenerationem [eius] e baptismo[10]) et regem Christum [vocat]. „*Et regina a* p. 38.

---

1) B. B. 153,66. I e. quia dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem.

2) B. H. 153,67. Spiritu sancto super Iordane.

3) Melius: qui tempore legis [cum lex vigeret].

4) B. H. 153,70. I e. reges et sacerdotes et prophetae, quibus in carne fuisti frater et socius et quibus maior et altior fuisti divinitate.

5) Proprie: Styracis arbor. B. H. 153,72 Myrrha nota [est] et cassia oleum myrobalani (salīha) et stacte storax i. e. mai' a. Omnia sunt aromata.

6) Joh. 19,39.

7) B. H. 153. I. e. membra corporis tui, in quibus occulta est divinitas tua.

8) B. H. 153,75. I. e. e sinu patris.

9) I. e. hasta eius.

10) B. H. 154,79. I. e: ecclesia inferior mediante baptismo in beatitudine stetit.

dextris tuis" in multo honore et gloria[1]), quae non cessant in resurrectione [post resurrectionem], sicut scriptum est: „*Et ponet oves a dextris suis.*" Reginam iterum Ecclesiam appellat, quia [cum] amore sponsae[2]) adhaeret Christo fide 25 vera. „*Vestimento auro Ophirensi*" [contexto] vestita et ornata [est] Vestimentum vocat gratiam spiritus quam induunt sancti[3]) et miracula quae eorum manibus fiunt. Et aurum [sc. Ophirense commemorat], quoniam aurum quod ex Ophir venit, primum [insigne] est splendore suo. Ophir autem una ex urbibus terrae Cušitarum est[4]). „[11]*Audi, filia mea,*" o Ecclesia, vocem sponsi[5]) „*et vide*", quae passus sit propter te![6]) „*Et inclina aurem tuam*" ad audiendas doctrinas[7]) eius neve sustuleris aurem tuam ad alios! „*Et obliviscere gentem tuam et domum patris tui*" et recede a consuetudinibus eorum prioribus, cum adorare soleres idola[8]). „*Gentem tuam et domum patris tui*" vocat omnes gentes, e quibus congregata est Ecclesia,sive gentiles sive Judaei sunt, „[12]*Ut concupiscat rex*" Christus[9]) „*speciem tuam*" perfectam (i. e. mores puros et honestos animae) quae in virtute et fide [posita est][10]). „*Quia ipse dominus tuus est, adora eum*" ut dominum neve puduerit te [eius] propter contemptam passionem eius[11]). „[13]*Et filia Tyri*", urbs fortis[-sima] et locupletissima divitiis et splendore[12]) „*adorabit eum*", cum primum se revelaverit, confessa dominationem eius. „*Sacrificiis faciem tuam concupiscent divites gentis*" (quibus [sacrificiis oblatis] faciem Domini videbunt) ut tecum commisceantur [coniun-

---

[1]) S. Multa gloria et honore vestiisti eam B. H. 154,83. I. e. ecclesia primogenita in coelo cum hac ecclesia inferiore erant sponso [suo] vero Christo.

[2]) S: Diligenti.

[3]) B. H. 154,84. I. e. gratia spiritus.

[4]) B. H. 154,85. Haec est autem una ex urbibus Cušitarum, cuius aurum primum [praestantissimum] est.

[5]) B. H. 154,87 idem.

[6]) B. H. 154,88 idem.

[7]) B. H. 154,89 idem.

[8]) B. H. 154,90. I. e. ecclesiam gentium iubet oblivisci morum priorum patrum suorum paganorum.

[9]) B. H. 154,91 idem.

[10]) B. H. ib. I. e. fidem tuam.

[11]) B. H. 154,93. Neve puduerit te propter humilitatem passionis eius.

[12]) B. H. 154,94. I. e. urbs quae dives erat in paganismo [tempore paganismi] etiam illa credet in eum.

gantur] et in te numerentur propter honorem et beneficia quae ab eo tibi facta [tributa] sunt. „[14]*Omnis gloria eius, filiae regis*" (Ecclesiae) „*intus*" occulta „*est*" (quae [gloria] est Christus et miracula eius et virtus eius et sapientia eius) i e praestantia animi et puritas conscientiae[1]), qua [homines] praestantes gloriabuntur „*Et ornata est vestis eius auro bono*", quod est donum spirituale e baptismo [acceptum][2]) et puritas et spendor (et amor perfectus et iustitia). „[15]*Cum sacrificiis*", spiritualibus „*accedet ad regem*" sponsum suum, quem honore afficiet Accessus hic pro cogitationis motu positus est. „*Et afferent*"[3]) illos qui in hoc ordine virginitatis sunt, „*virgines socius eius*" [sc.] Ecclesiae (quae discipulae eius factae sunt in ea [disciplinam eius acceperunt in Ecclesia]) „*post eam.*" Afferent autem [illas] ad Christum opera quae egerunt in Ecclesia in virginitate sua[4]), sive viri sive mulieres sunt. Ordini [sexui] autem p. 41.
mulierum attribuit virginitatem, quasi reginae meminerit [quoniam reginae meminit] et quasi illas deceat puritas et [animi] modestia [humilitas] magis quam viros. „[16]*Et sequentur in gaudio et laetitia*" neque [vero] coactae et laetantes neque vero cum dolore [maestae] hanc promissionem virginitatis, ut impleant [eam]. „*Et ingredientur in templum regis*" i. e. in thalamum, in quem ingressus est [ipse sponsus], in gaudio virgines sapientes. „[17]*Pro patribus tuis*" (infidelibus), o Ecclesia, qui sunt sacerdotes et vates [harioli] qui inter gentes [vivunt][5]), „*erunt filii tui,*" qui ex te nascentur[6]) (confessores) sacerdotes et doctores veritatis illi qui e gente [Israel] et e gentibus constituti sunt „*Fecit eos principes in omni terra*" ad ligandum et solvendum in coelo et in terra[7]), super omnes credentes in Christo, „[18]*ut meminerimus no-*

---

1) B. H. 154,95. I. e. praestantia animi et puritas conscientiae neque vero pulchritudo externa et linimentum.

2) B. H. 154,97. I. e. dono spirituali.

3) B. H. 154,2 Nevo legeris „naubelan" sine waw feminine, quia huic [verbo] sensus non est.

4) S om.: Sua.

5) S. E gentibus B. H. 154,6 I e. sacerdotes domus Aaron et pontifices et harioli e gentibus.

6) S. Qui nascuntur ex te. B. H. 154,7. I. e. sacerdotes et doctores qui a te oriuntur.

7) B. H. 154,8. Ut ligarent et solverent in coelo et in terra. Cfr. Mat. 18, 18 et 16, 19.

